

1981

A

6175

Die Christliche, Vornehme, Sächsische  
von Hannover, des Stiftes & Balbes,  
Auch Chur-Brandenburg, die hundert  
Lieder vnderstunns hergegen, die sechs

Sammelwerk in

Hinrich Rantzow

A. Dni 1595  
A. Aetatis 70.

Theolog.  
P. VI. 315. 590

Sept. 18 octo  
Brit. 10 95  
di 9 fol. pro  
honorario alla  
tori.

Cassiodorus  
Maginus ascensus ad domum sst. cognitio  
sua infirmitatis  
pudet oratos ad se hunc mi dunc,  
Sept. 18

Iunior fui et nimis senex, et non vidi iustitiam domini,  
ut dicitur, non sicut iniqui quod venturum patet psalms  
Noli simulari

P. f. 129

tu  
ro  
lla  
tio





DE  
SALVTARI PRÆPA-  
RATIONE  
AD MORTEM:

AUCTORE  
HERMANNO HAMELMANNO,  
S. THEOLOGIAE LICENTIATO, ET  
modò Superintendente Ecclesiarum in antiquis-  
simo atq; amplissimo Comitatu  
Aldenburgensi.

HENRICO RANZOVIO,  
PROVCI CIMERICO SEPTVAGENARIO  
Coetaneo suo, cum anno Dn. 1526. Vterque sit natus, summa  
observantia ergo dedicatum ac reuerenter  
in scriptum.

15  
Aetat.



95.  
70.

VV I T E B E R G A E,

Genesis cap. 27, ait Isaac:  
Seni & ignoro diem mortis meae.

Job cap. 5.

Et venies grandæuus in sepulchrum, sicut  
manipulus colligitur suo tempore.

*Eadem sententia disticho comprehensa.*

Grandæuo aduenient tibi fata suprema, manipulus  
Colligitur veluti tempore ritè suo.

De morte versiculi nonnulli.

M. IOANNES IVDIX, CLARISSIMI  
viri Matthæi Iudicis Filius.

**V**ivo equidem tristis, finem quoq; nescio vita,  
Et morior, quando iusserit ipse Deus;  
Spiritus ex agro fuerit cum carcere liber,  
Sum certus, quâ tum sede perennis erit.  
Ergò singultum miror gemitumq; profundum,  
Quo dolor exagitat pectora plena metu.

Adolphus Occo Med.D. septuagenarius

August. Vind. agens, ad Henricum Ranzovium  
Prod. Cimb.

*Quisquis es, id noscas, terra es, te terra recondet,  
Te terra genitum terrea membra docent.*

*Non te terreno terrena remordeat astu*

*Cura, tuas tandem terra resumet opes.*

Ad eundem Iohannes Schelius.

*Terminus humane vite est mors, mortis at hora  
Restituet vitam, nil nocet ergò, onuam.*

HENRICVS RANZOVIVS

Septuagenarius.

Hoc mihi solamen, nec non gratissima lex est  
Fatorum, vt sit mors viuere, vita mori.



87A6775


AK

L57



DEDICATIO.

AMPLISSIMO HEROI,  
 NOBILISSIMO DOMINO, DO-  
 CTRINA, VARIA EXPERIENTIA RERVM,  
 vsu, consilijs, artibus & literis non minus quàm gene-  
 re, & Dominijs ac bonis huius mundi præstantissimo,  
 atq; pijsimo Dn. HENRICO RANZOVIO, Potens-  
 tissimi & Serenissimi Daniæ Regis, in Ducatibus Schles-  
 vici, Holtatiæ & Dithmarsia Gubernatori, produci,  
 Vicario, Consiliario, Satrapæ Segebergensi, multorum  
 etiam per Holsatiam Dominiorum Dynastæ, No-  
 bilium lumini, literarum ac literatorum omni-  
 um Mecænati perpetuo H. H. L. des-  
 bita cum reuerentia S. in  
 Christo Iesu dicit.



AMPLISSIME HEROS,  
*clarissime Prorex, Nobilium doctissi-  
 me, & inter doctos nobilissime, omnium  
 eruditorum & studiosorum gratiose,  
 ac obseruande Domine, triennium est  
 elapsum, quando ad V. ampliss. Excel-  
 lenciam mitterem librum nostrum de recordatione, confi-*

derat.



DEDICATIO.

deratione, & meditatione perpetua quatuor nouissimorū,  
 vt propinqua mortis, extremi iudicij imminentis, pœnarū  
 infernalium, & gaudiorum vitæ æternæ, cui libro ad-  
 iecta erat Historica narratio tribus libris comprehensa,  
 de multorum Heroum Illustrium interitu, &c. Quæ  
 scripta simul V. Amplissimæ excell. à me inscripta erant  
 ac vestro auspicio & sumptibus in lucem prodierunt.

Cum verò amplissimus Heros D. Henricus  
 Rantzouius tanquam Dominus, & ego tanquam  
 Cliens vno anno simus nati, videlicet anno à nato  
 Christo 1526, & vterq; iam ad optatum vitæ finem  
 in Christo obtinendum properet: Ideo hunc libellum de  
 salutari præparatione ad mortem meritò sub vestro au-  
 spicio & Patrocinio tanquam vltimum in Ecclesia DEI  
 depositum extrudo, & vestræ ampliss. Excell. reueren-  
 ter inscribo, vt tu tanquam Heros senex, & ego tan-  
 quam Cliens in hoc nostro Senio & canicie spectanda, cogi-  
 temus de imminente morte, & salutariter nos ad illam  
 præparemus. Scripsit quidem magnus ille & de literis  
 omnium optimè meritus Erasmus Roterodamus de præpa-  
 ratione ad mortem, sed ea, quæ meæ tamen conscientie  
 non satisfaciebant: Ideo hunc pro mea simplicitate li-  
 brum in vsum proprium contexui ante octennium

Oro autem te amplissime Heros, vt adhuc pa-  
 tiaris



DEDICATIO.

tiaris coram vest: Nobiliss. Excell. me aliquid dicere de  
vanitate, breuitate & calamitate huius vitæ etiam in  
magnis Heroibus, sicut ante triennium tribus libris de  
eadem materia coram vobis prolixius egi historica nar-  
ratione.

Interea dum prædictum nostrum librum de quatuor  
Nouissimis considerandis, & historica de multorum Illus-  
trium Heroum familijs in spongiam concessis V. Am-  
pliss. Excell. mitterem, & illa prodirent in lucem, des-  
syt veterum Comitū familia in Honstein ad Harcinee-  
am Syluam in Ernesto septimo, Principe, & is Comis-  
tatus transyt ad Duces Brunswicenses. Sic transit  
gloria mundi etiam in magnis.

Quod ad me attinet, noui in mea Patria, Ciuitate  
VVestphalorum non obscura Osnabruga, viginti octo  
Consules, ex quibus tantum quatuor adhuc in viujs  
sunt: Sub annis 22. omnes qui in hac Vrbe Consu-  
les & Senatores erant iam mortui sunt, excepto vno:  
Adeo res mortalium sunt fluxæ. Amplissime Heros,  
audatissime Nobilis vestro & meo tempore quatuor ex-  
titerunt in Germania Imperatores, octo Electores &  
Archiepiscopi Colonienses, septem Palatini Electores,  
sex Saxonie Electores.

):( 5

Noſtro

## DEDICATIO.

Nostro tempore dum nos duo viximus, fuerunt  
 quinque Archiepiscopi Magdeburgenses, quinque Bremenses,  
 si ipsis annumeretur coadiutor Dux Holsatiae Fridericus;  
 nostro tempore vixerunt octo Monasterienses Episcopi;  
 Septem Osnaburgenses, octo Paderbornenses si  
 ipsis annumeretur coadiutor Iulius Dux B. & L. nostro  
 tempore extiterunt octo Hildesimenses Præsules, septem  
 Mindenses, quinque Halberstadenses, quatuor Verdenses,  
 vixerunt nostro tempore octo Lübecenses Episcopi, inter  
 quos vnus fuit ex vestra Nobilissima Ranzouianorum  
 familia profatus nempe Balthasar Ranzouius; nostro  
 tempore extiterunt quatuor Raceburgenses Præsules,  
 tres Schverinenses; Interea dum nos viximus, fuerunt  
 septem Mersburgenses Præsules, septem Neuburgenses,  
 sex Misnenses Episcopi, sex Sleiswicenses, sex Ceminen-  
 ses si annumeretur eis D. Iohannes Bugenhagenius Pomera-  
 nus; nostro tempore tres extiterunt præsules Brandebur-  
 genses, quatuor Havelburgenses, tres Lebusienses, nec  
 non XL pontifices Romani.

Tam cito cadunt homines & illi quidem qui in ma-  
 gno honore positi sunt; Præterea exteros Reges qui nos-  
 tro etiam tempore in Gallijs, in Dania, in Anglia, in Pos-  
 lonia, in Suecia, in Scotia, & in alijs extiterunt Nationi-  
 bus: adeo est incerta, dubia & breuis hominum vita, in  
 ipsis etiam potentissimis coram seculo Monarchis, &c.

Quod ad nostrum libellum attinet, decreueram illum  
 suppressum.

## DEDICATIO.

supprimere, sed cum ipsum apud me viderent, qui non pauci  
eruditi ex nostris Pastoribus viri, utpote venerandi,  
virtute ac eruditione conspicui Dn. Iohannes Hodder.  
senus senior, pastor, in Hamelwerden, Dn. Cyriacus Fa-  
ber Ecclesiastes in Buckerden, Dn. Eilardus Crusius ad  
Ibadam, eiusque frater Dn. Iohannes Crusius pastor in Ez-  
devuech, Dn. Bernhardus Stemmerus in Holle Eccle-  
siastes, imprimis Dn. Iohannes Voltenus pastor in Ralte-  
de, qui mihi plurimum humanitatis semper exhibet, sicut  
etiam facit Telemannus Hamekenus Ecclesiastes in  
Varel, atque Marcus Tinlingius in Twuischenbun, deinde  
de Georgius Erckhardus pastor in Nienhinterff. His  
omnibus ex multis alijs gratificaturus, hunc demum libel-  
lum nostrum iam vicinus morti in lucem prodire volui.  
Itaque tibi Clariss. & celeberrime Dn. Produx, veluti  
communi Pastorum, Theologorum, Jurisconsultorum, Me-  
dicorum, Historicorum, Poëtarum, plurimorum in Aca-  
demijs Professorum & Magistrorum Mecænati, qui de  
veris Christi Ecclesijs non minus optime meritus es, quam  
de multis Scholis & communibus studijs, reuerenter &  
denotè hunc libellum inscribo, tanquam vestræ ætati con-  
venientem humiliter dedico. Spero autem nostrum hoc  
scriptum tanquam emerito inter Heroes seni, & de multis  
Regum, Principum & Comitum Aulis optime meritis  
to, in hoc Senio imprimis gratum & acceptum fore, præ-  
sertim cum à Sene vobis quidem coætaneo, sed admodum  
dissimili

DEDICATIO.

*dis simili, interim nominis vestri obseruandissimo profisciscatur.*

*Mitto autem nostrum libellum in huius noui anni auspicio & ingressu ad te Heroem multis modis & varijs nominibus celebrem, strenuæ loco, quando exordimur annum à nato Christo 1595. Filius Dei Iesus Christus det vtriq; nostrum in hac nostra canicie & senio, omnibusque alijs hoc à Deo per Christum nobiscum petentibus salutarem ex hac misera vita exitum, vt per ipsum tanquam verum ostium transeamus ex morte ad vitam, ex tenebris mundi ad lucem, ex calamitate ad gaudia, ex mortalitate ad immortalitatem, per agmina impiorum & Diabolorum ad societatem Sanctorum & Angelorum, ex inferni fremitu ad cælum ipsum, ex his caducis & ruinosis ad æterna & perpetua, ex parte ad totum. Amen, Amen. Raptim Aldenburghi, vt scripsimus.*

Legitur Romæ in templo S. Crucis.

in Hierusalem.

Vita prior mortem, sed mors tibi prima secundam  
Vitam, quæ nunquam est interitura, dabit,

*Aliud Nicolai Reusneri.*

Mors hominem mortis, morbi pariterq; periculis  
Subtrahit & vitæ certa sit arrha nouæ.

*Aliud eiusdem.*

Mortis victor & es vitæ Dux Christe Redemptor;  
Per te mors vitæ est ianua certa pijs.

*Daniel Tuitemeier*

Ex hac discessus vitæ vitæ fit origo

Æternæ: hac tecum dæ, pie Christe, frui.

P R A E F A T I O.



**O** M Aristoteles scribat in Ethicis, mortem omnium horribilium esse horribilissimum, declarat sanè istis verbis omnia creata violentæ morti esse subiecta, quæ cuncta animalia obruit horribili cruciatu, pauore, fremitu & grauissimo interitu, adeò vt nemini parcat, & omnes per viam vniuersæ carnis ambulent, hoc est, pereant. Hoc considerant Ethnici & quidem omnes ( qui sunt cordati ) homines quotidie obseruant: Ideò sæpè loquuntur Ethnici de miseria humana & mortis vicinitate eamq: vmbrae & somno assimulant, hinc est Prouerbiū: Homo bulla. Recte etiam ait Poëta:

*Omnia sunt hominum tenui pendentia filo*

*Et subito casu quæ valere ruunt.*

**Item:** *Sera nimis vita est crastina, viue hodie.*

Rectè ergò ait Apostolus Iacobus cap. 4. Homines profani dicunt, ibimus in hanc vel illam ciuitatem, vt ibi per annum negotiemur & lucrum faciamus, interim nescitis quid cras futurum sit? Quid quæso est vita nostra nisi vapor euanesens, &c. Et in prouerbio dicitur: Nescis quid serus vespè vehat.

Grauitè ergò locutus est Cato apud Ciceronem in libro de senectute: Quis est tam stultus quamuis sit adolescens, cui sit exploratum, se ad vesperam esse victurum quin etiam illa ætas multo plures, quam nostra ( senum ) mortis casus habet, facilius in morbos incidunt adolescentes grauius ægrotant, tristius curantur, itaq: perpauca veniunt ad senectutem, &c. Hinc fit vt Epicurei dicant, statuentes quidem quoq: moriendum singulis esse.

*Ede, bibe, lude, post mortem nulla voluptas:*

A

Sunt

P R A E F A T I O.

Sunt etiam multi non credentes vel non rectè Deum  
colentes qui dicunt :

*Ich lebe vnd weis nicht wie lange /*

*Ich sterbe vnd weis nicht wann /*

*Ich fahr weis nicht wohin /*

*Mich wundert das ich frölich bin.*

Et sanè quotidiè breuitatis vitæ humanæ nos admo-  
nent ægritudines, morbi & varij miseriq; casus hominum,  
& plurimorum interitus, vel ex hac vita discessus. Iob.  
ait cap. 14. Homo natus de muliere, breui viuens tempore  
multis repletur miserijs : Si lector legat 90. Psal. diligenter  
& singula in eo verba expendat, deinde cap. 2. libri Sapi-  
entiæ, tunc inde facile considerabit quàm misera, quàm du-  
bia, & incerta sit humana vita. Sæpè nobiscum est mors in  
olla, vt filij illi Prophetarum dicebant. 2. Reg. 4. Et verum  
hoc est, quod Ecclesia canit: Media vita in morte sumus. Et  
rectè quilibet potest dicere : *Ich gehe aus oder ein / So stehe  
der Todt vnd wartet mein.* Ex hominibus hic tollitur vene-  
no, iste corruit in platea, ille in itinere per latrones interi-  
mitur, vel subitò cadit, in agro deficit, ille de trabibus cadit,  
hic lapidibus petitur, aut regulis cadentibus è tecto subitò  
opprimitur, ita vt tandem Spiritum emittat, quidam in le-  
cto subitò pereunt quidam in sede, aut in progressu aut pro-  
cessu, siue in ingressu subitò decidunt & moriuntur, hic gla-  
dio vel lancea, aut pugione perfoditur, aliqui bombardis  
feriuntur, multi longo tempore affixi lecto, diu multum-  
que laborant, & tandem pereunt, alij immerguntur aquis,  
nonnulli igni absumuntur, alij fulmine & tonitruis aliqui  
frigore, quidam hiatu terræ pereunt, multi gladio feriu-  
ture vel plectuntur capitis supplicio multi suspenduntur,  
quidam rota tolluntur è medio, alius crematur, alius suffo-  
catur. Adde quod multi apoplexia, multi epilepsia, multi pa-  
ralysi quidam phrenesi, alij dissenteria plurimi peste, quidam  
prii, multi hydropisi, alij cancro, vel lupo, alij lepra multi  
febri moriuntur, aliqui tolluntur ebrietate, quidam ex ob-  
structione colli, pectoris, pulmonis, & epatis intereunt, alij  
ex tuf.

*P R A E F A T I O.*

ex tussi, alij ex calculo, quidā ex ulceratione vel vesicæ, vel pudendorū, alij à vermibus roduntur & absumentur, aliqui ex leui accepto vulnere: maxima pars hominū bello cadit, occidit sæpè vt in ipsis cōuiujs vel etiam in nuptijs, vel in publicis cōgressibus subitus & horrendus casus suboriatur & incipiat, vt non tantū rixæ, minæ, iurgia, execrationes audiatur, sed etiam homicidia & latrocinia subsequantur: vidi etiam aliquos in talibus conuiujs subito cadere & exspirare: In senio accedit propius mors, & languidas nobis reddit manus, deinde efficit vt oculi caligine obruantur, vt pedes suum officium facere nequeant, vt memoria imminuatur & sit fragilis, vt ingenium excicetur & hebescat, dentes vilescant, loquela hæreat, vt aures non sint aptæ amplius ad audiendum, nec nares ad olfaciendum. Grauius ergo respondet Barilai senex admodum Regi Dauidi inuitanti eum ad Regium Palatium, cum sim octoginta annos natus tum discernere possum inter bonum & malum, num seruus tuus ò Rex gustare poterit quæ comedo & bibo? num audirem amplius vocem Cantorum? 2. Samuelis 19.

Iam in morte hominem inuadente fit diuisio animæ & corporis spiritus & carnis, corpus ibi iacet absq; vita, anima quidem viuit, ex hoc mundo euellitur, sed ad quem statum transferatur, soli Deo notum est, caro plerunq; terræ committitur: talis & tam misera fit diuisio & separatio hominis per mortem vt post mortem non amplius homo, sed putridum cadauer dicatur. Grauius itaq; dixit Iobus cap. 17. Iam ago animam, & dies mei ritu lucernæ deficiunt. meq; sepulchrum manet: Sic enim comparatum est ( cum stipendium peccati sit mors Rom, 6. ) vt statutum sit omnibus hominibus moriendum esse. Sap. cap. 2. Hebr. 9. & Rom 5 Ideo dixit Dominus, cinis es, & in cinerem conuerteris, Gen. 3. In libro Sap. cap. 2. dicitur, quod non sit remedium contra mortē, hoc est contra vim mortis nō crescit germē in hortis:

*Vita quid est hominis gelidæ nisi mortis imago?*

*Cura grauis, luctus, sollicitusque labor:*

*Vita quid est hominis nisi spes incerta, metusque*

*Hæc inter dubij viuimus aut morimur:*

A 2 Hinc

## PRAEFATIO.

Hinc fit vt multi infantes statim post natiuitatem pereant, aut vix ad paucas septimanas superuiuant: alij ex infantibus paucos annos egrediuntur, alij in pueritia mox intereunt: plurimi in flore ætatis vitam cū morte commutant, multi in adolescentia florida ex hac vita excedunt, pleriq; iuuenes in ipso ætatis vigore & flore subito cadunt. Rectè ergò dixit Cato apud Ciceronem in libro de senectute. *Omni ætati mortem esse: communem sperat adolescens diu se esse victurum quod sperare idem senex non potest: Insipienter sperat, quid enim stultius quàm incerta pro certis habere, falsa pro veris.*

Deus bone, quot viri & mulieres hinc quotidie rapiuntur in medio etiam vitæ suæ cursu, cum nihil minus cogitarint, quàm ipsis moriendum esse, senibus quidem moriendum erit, interim & iuuenibus non minus mors fores pulsat, quàm maioribus. Quæro etiam, an aliqui ex hominibus tam audaces sint, qui sibi certò polliceantur in hac vita horam saltem vnã superstitem? quis dicere potest per hanc horam adhuc viuam? adeò incerta, dubia & misera est humana vita. Verè itaq; dicit Cato in loco citato, Horæ quidem cedunt, & dies, & menses, & anni, nec præteritum tempus vnquam reuertitur, nec quid sequatur sciri potest. Sed quotus quisq; hæc considerat? quotus quisq; est qui sollicitè cogitet, vt piè & placidè moriatur, qui etiam expendendo consideret omnia in hoc mundo esse vana, & ipsam vanitatem? Sicut ait Ecclesiastes Solomonis cap. 1. & 2. *Ah quid sumus adeò securi, nunquam cogitantes de morte præsentis, & nos non aliter sequenti, quam vmbra corpus sequitur? Deus bone, quod non consideramus nos hîc hospites & peregrinos esse? Hoc Iacob Patriarcha loquens cum Rege Pharaone agnouit dicens, dies peregrinationis meæ fuerunt pauci & mali Genesis 47. En vitam suam vocat peregrinationem, quasi in terris peregrinemur, sicut etiam hîc verè (teste Paulo 2. Corinth. 5.) peregrinamur à Domino. Rectè etiam dixit idem Apostolus, nos hîc hospites & aduenas esse in hoc mundo Hebræorum. 11 quia non*



## PRAEFATIO.

non habemus hîc manentem locum sed futurum quaerimus. Hoc sciebat Cato Maior loquens apud Cicero-  
nem in libro de senectute: Ex hac vita discedo tanquam  
ex hospitio non tanquam ex domo. Etsi igitur multi ex  
Patriarchis diu vixerint, etsi apud Catonem in libro de se-  
nectute Ciceronis, ipse Cato, Cyrus, Plato, Nestor, Isocra-  
tes, Valerius Corvinus dicantur longam habuisse vitam, &  
attigisse laudabilem caniciem ac senium sic satis longum. Inte-  
rim omnes mortui sunt. Grauius ergo Syrach ait cap. 41. Si-  
ue decem annos, siue centum, siue mille viuamus, vita nul-  
lam aduersus mortem habet excusationem. Vt igitur nun-  
quam sentiamus mortem secundam, hoc est, æternam dam-  
nationem & horrorem atq; formidinem mortis amaræ &  
pessimæ, quæ esse impiorum solet, & æternas horribiles &  
perpetuò duraturas pœnas inferni atq; formidabilissimorum  
Tyrannorum videlicet Diabolorum sæuitiam, & extremas  
lanienas, ineffabilem carnificinam, sed eorum torturas im-  
mensas effugiamus, atq; vt bona conscientia peruenire que-  
amus ad gaudia cœlestia, quæ tanta tam magna, tam inex-  
plicabilia sunt, vt à nullo mortalium hîc in his terris co-  
gnoscantur vel sentitur vel videantur Elia 64 & 1. Cor. 2.

Obtestor ergò omnes Christianos hunc libellum legen-  
tes, vt quotidie cogitent de gaudio vitæ æternæ conse-  
quendo in Christo Iesu filio Dei.

Multi hîc quidem viderunt gloriam Salomonis, pluri-  
mi Monarcharum primorum atq; Cæsarum, Regumq; maie-  
statem & potentiam hîc cognouerunt, multi hîc excellen-  
tiam Electorum excellentissimorum, quidam amplitudinem  
Illustrissimorum Principum, alij dignitates Inclytorum Co-  
mitum & Heroum considerant, sed eam quam in cœlis ha-  
bebimus, nemo considerare hîc poterit: Itaq; discant omnes  
cordati, vt se feliciter ad salutarem mortem præparent, quo  
non in morte & per mortem ad inferos, in potestatem Dia-  
bolorum præcipites dentur, sed inde erepti tandem ad vitam  
perueniant æternam per & in Christo Iesu Amen.

Quando ergo ante octennium clarissimus & doctissi-

## PRÆFATIO.

mus vir Magister Henricus Meibomius Laureatus Poëta Cæsareus, & Professor historiarum ac poeseos in Schola Iulia Helmeftadij scriberet Epitaphium suæ cognatæ, fœminæ lectissimæ Claræ Perottiaë, meæ suauissimæ coniugi tunc in Christo de mortuæ, hoc adiecit Epiphonema :

*Discite mortales quam spes sit nostra caduca,*

*Discite quam res sit nostra repleta metu,*

*Omnia sunt hominum varijs obnoxia damnis,*

*Qui sese ad mortem præparat, ille sapit.*

Alludit ad istius Poëtæ distichon antea à nobis citatum :

*Omnia sunt hominum tenui pendentia filo*

*Et subito casu, quæ valere ruunt.*

Rectè ergo ille sapit, qui se salutariter ad mortem præparat.

*Index Capitulum.*

*I.* Duodecim igitur Christiano se salutariter præparaturo ad mortem sunt consideranda :

*II.* Primò consideremus nostra peccata & miserias, quibus subiecti sumus & quotidie obruimur.

*III.* Secundò consolationes scripturæ sacrae obseruemus, quas singuli opponant nostris grauibus peccatis & magnis hominum miserijs, atq; calamitatibus.

*IV.* Tertiò discamus sani quomodo sit mors superanda, & quatenus sit Diabolus fugandus.

*V.* Quartò quomodo oratione nos ad mortem præmunire debeamus.

*VI.* Quintò vt nitamur omnibus modis, vt bonam semper conscientiam habeamus, nec voluntariè, hoc est, destinata malicia peccemus, sed in hoc toti simus, ne peccatum in nobis regnet.

*VII.* Sextò conabimur singulis ( præsertim domesticis fidei) benefacere,

*VIII.* Septimò vt quotidie oremus orationem Dominicam, & promittamus in ea nos remittere peccata debitoribus nostris,

*P R A E F A T I O.*

fris: ita quoq; decet nos vt Christianos Dominum nostrum Christum ( vnde nomen habemus quod christiani vocemur ) imitantes quotidie remittere proximis errata in nos ab ipsis commissa, & rursus a proximis quoque petere remissionem delictorum nostrorum in ipsos commissorum.

Octauò saepe debemus nos obsignare communione sacrae Eucharistiae.

VIII.

Nonò audire saepe & semper conciones sacras & interesse conuentui Ecclesiastico in Ecclesia Dei collecto.

IX.

Decimò domi legere sacras literas & pios libros, & in ijs quotidie versari & meditari; sed qui legere nesciunt, illi ex concionibus aliquid ediscant & ruminando hoc expendant vel sibi aliquid praelegi curent ab alijs.

X.

Vndecimò certas consolationes morti, Diabolo, infernoq; opponendas pij colligant, & qui legere nesciunt, curent eas saepe praelegi, vti generales promissiones scripturarum, vt eas familiares sibi habeant, nec quicquam de ijs dubitent.

XI.

Duodecimò sub cruce se patientes praebent, nec tentationibus succumbant, aut ijs frangantur.

XII.



CAP. PRI.



*Ranzovica Chypus referens insignia Gentis.*



CAP. PR.





## CAPVT PRIMVM.

*Consideratio de peccatis & miserijs, quibus subiecti sumus.*



Qvod ad primum attinet, quantis & quàm multis peccatis infixi simus, semper considerandum nobis erit: Non solum in peccatis nati sumus & concepti Psalmo 51. (Vbi etiam orat Dauid, cor mundum crea in me Deus, & spiritum rectum innoua in visceribus meis: Ne proicias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me) sed etiam Paulus nos vocat filios iræ Ephesorum 2. Deinde est cor nostrum ad peccandum pronum & immundum, Hier. 17. Genes. 6. nec habitat in carne nostra bonum, Psal. 38. Rom. 7. & dicitur Psal. 14. & 53. Non est qui faciat bonum, omnes declinarunt & inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, ne unus quidem. Rom. 3. Non est iustus, ne vnus quidem: Non est qui intelligat, non est  
B qui

C A P V T

qui exquirat Deum, omnes deflexerunt & simul  
 inutiles facti sunt: Deutero, 27. Galat. 3. Execrabi-  
 lis omnis qui non manserit in omnibus, quæ sunt  
 scripta in libro legis, ut faciat ea. Psal. 19. Delicta  
 quis intelligit, ab occultis meis munda me Domi-  
 ne? Psal. 130. De profundis clamaui ad te Domi-  
 ne, Domine exaudi vocem meam, fiant aures tue  
 intendentes in vocem deprecationis meæ. Si enim  
 tu obseruare velis iniquitates Domine, Domine  
 quis subsistet? Verum apud te est propitiatio ut  
 timearis.

So du wilt ansehen/ wo vnrecht ist gethan/  
 wer kan denn für dir bestahn/ Psal. 143. Non  
 intres in iudicium cum seruo tuo, quia non iusti-  
 ficabitur in conspectu tuo omnis viuens: Esa. 64.  
 Nos omnes immundi sumus, & vniuersæ no-  
 stræ iusticiæ quasi pannus menstruata: Exod. 34.  
 inquit Moyse, Ne quidem innocentem coram  
 Domino esse innocentem sed noxium: Ecclesia-  
 stes Salomonis cap. 7. Non est homo iustus in  
 terris, qui bonum faciat & non peccet. Ideo cum  
 Deus hominem ad immortalitatem creasset, ut  
 liber sapientiæ cap. 2. ait, mox inuidia Diaboli  
 mors introiuit in mundum, & ita accidit, ut septies  
 in die etiam cadat iustus Prouerbiorum 24 sed  
 resur.

resurgat, hoc est sæpè ex fragilitate humana ca-  
dens tamen deploret & agnoscat peccata sua.  
Ideo quotidie oramus in oratione Dominica ad  
Deum Patrem per Christum, Remitte nobis de-  
bita nostra. Sed consideremus quid Iacobus c. 2.  
dicat, Eum omnia transgressum esse mandata, qui  
vnum transgressus est: Si dixerimus nos non ha-  
bere peccatum, nos ipsos seducimus, ut scribit in  
sua canonica Iohannes Apostolus. Ideo omnis  
gloriatio est nobis præcisa, vt nemo possit de se  
& suis operibus gloriari: Quid habes, ait Apo-  
stolus, quod non acceperis? 1. Corinth. 4. & Eph.  
2. legitur, Non ex operibus, ne quis gloriatur: om-  
nes peccauerunt, & destituuntur gloria Dei:  
Rectè ergò orat Dauid Psal. 114. Non nobis Do-  
mine, non nobis sed nomini tuo da gloriam: Et  
Dauid cap. 9. graviter ait, tibi Domine iusticia,  
nobis autem confusio: quoniam & ipse Iob c. 9.  
veretur etiam sua bona opera. Qui igitur vult  
gloriari, in Domino gloriatur. 1. Corinth. 1. Ah  
nos miseri, cum omnia fecerimus, quod facere de-  
buimus (quod tamen nulli hominum est possibi-  
le) attamen dicere debemus, Serui sumus inutiles  
Lucæ 17. Grauitè itaq; monet Paulus, ne quis  
arroganter de se sentiat Rom. 12. sed se humili-

C A P V T

bus accommodet : Si etiam nos putamus aliquid esse, cum nihil simus, seducimus nos ipsos: Gal. 6 & 1. Corinth. 10. ait, qui stat, videat ne cadat : Ah Deus bone, quomodo cecidit Saul Rex primus in Israhel, quem Spiritus sanctus planè deseruit, & spiritus nequam eum exagitauit, ita ut in apertam tyrannidem eius actiones procederent, & infelicem demum exitum haberet, sicut in primo libro Samuelis à decimo quinto capite usq; ad finem libri legitur : quàm grauer ceciderit Rex Salomon, qui superabat omnes Reges terræ diuitijs & sapientiâ ac maiestate, & qui vero Deo & Domino patris sui ædificauerat domum maximis impensis, magnaq; sedulitate & fidelitate per aliquot annos ipsi inserviuit: Hunc tamen tandem ad varias idolatrias exercendas pertraxerunt mulieres, vide 1. Reg. 11. Et expressè in nullo loco legitur, quod per veram pœnitentiam tantus Vir agnouerit & deplorauerit tam horrenda peccata sua (sicut pater suus Dauid fecit dum lapsus esset) & idolatriam suam deprecatus sit, ut seriò conuersus ad Dominum Deum suum, pœnitentiam vnquam sui delicti egerit: quod est horrendum & dolendum. Vide mihi quomodo Ahitophel vir tam sapiens & prudens (quia eius con-

silia



filia quasi diuina reputabantur) ita cadit, ut semet-  
 ipsum suspenderet? Vide etiam lector, quomodo  
 unus ex Apostolis (qui cum alijs antea fecerat mi-  
 racula in Christi nomine Matthæi 10. & Luc. 9.)  
 ceciderit, nam in Iudam Ischarioth intrauit Dia-  
 bolus & egit cum, ut Dominum suum proderet,  
 nec etiam monitione Christi moueretur: Ah  
 quàm miserè ille ruit, quàm horribiliter se suspen-  
 dit? Quid non Petro accidisset, nisi Dominus  
 eum intuitus fuisset, & galli cantus ad verā pœ-  
 nitentiam excitasset? & lapsus David, nisi pœni-  
 tentiam maturè egisset & acquieuisset monitioni  
 Prophetæ Nathan, mox in maiora delicta lapsus  
 esset, & ita interiisset: Ideo audiamus dictum Da-  
 uidis Psal. 95. Hodie si vocem eius audieritis, no-  
 lite indurare corda vestra: consideremus tot  
 morbos & miseras in humano genere, ut etiam  
 quælibet dies suas adferat calamitates: Et verè à  
 lobo dicitur: Homo natus de muliere breui vi-  
 uens tempore multis repletur miserijs, cap. 14.

Censeamus itaq; & morbos omnes & ipsam  
 mortem stipendium peccati esse Rom. 6. Sed quid  
 dicemus de morte secunda? Imo omnes sanè in-  
 fideles morte obruentur secunda, de qua dicitur  
 Apocalypsis 2, & 20, & 21. & isti experientur æ-

CAPVT

ternam damnationem. Ideo consideratis his, seri-  
am cum Dauide, Petro, Maria Magdalena, cum  
Niniuitis, cum Manasse & latrone in cruce, cum  
Zachæo, Matthæo & alijs agamus poenitenti-  
am, reuertamur ad meliorem frugem confiten-  
tes peccata nostra cum Publicano Lucae  
18. & petentes veniam cum filio  
perdito Lucae 15.



CAPVT



## CAPVT SECVDNDVM.

*De consolationibus ex sacris literis petitis, qua peccatis & miserijs nostris opponenda.*

**R**eruenimus iam ad secundum: Quid igitur in tantis miserijs, & in tam magna caligine, & quod tot sumus peccatis & peccatorum poenis videlicet varijs morbis obnoxij, faciemus? Ad benignum & philanthropum Christum Dominum & Saluatorem nostrum est confugiendum quotidie, ut a nostris peccatis ipsius sanguine purgemur, & censeamus iuxta testimoniũ Ioannis Baptistæ, hunc unum Christum Dei & Mariæ filium, esse verum Dei agnum tollentem peccata mundi, Ioannis 1. & certè omnes Prophetæ testantur, quòd per nomen Iesu Christi habeamus, credentes in eum, remissionem peccatorum in ipso, vel in ipsius nomine, teste Petro, Actorum 10. Ideò quotidie rogabimus æternum Patrem, ut nobis remittat peccata nostra propter & per Christum Iesum, cuius nomen est tam pretiosum, ut non sit in alterius nomine salus, quàm in huius vnus Iesu

CAPVT

su Christi nomine Actorum 4. Et hinc non sine  
 dolore hoc deplorandum est, quod nonnulli do-  
 cent, ad nomen Iesu Christi non esse caput denu-  
 dandum, aut inclinandum, neq; geniculandum,  
 aut corpus mouendum, quasi tam excellens no-  
 mentali obsequio non sit dignum. Sed omitta-  
 mus illa, & verba sacrae scripturae expendamus:  
 Inquit enim Paulus, Certus sermo & di-  
 gnus, quem omnibus modis amplectamur, quod  
 Iesus Christus venit in mundum, vt peccatores  
 saluos faceret (1. Timoth. 1.) quorum ego primus  
 sum: & sequenti capite, Vnus est mediator Dei  
 & hominum, homo Christus Iesus, qui dedit se  
 ipsum pretium redemptionis pro omnib. &c. nota  
 pro omnibus. Matthæi 18. Venit filius hominis  
 seruare quod perierat. Lucae 9. Filius hominis  
 non venit ad perdendum animas hominum, sed  
 ad seruandum. Quæ opponantur nonnullis di-  
 centibus, quod Christus quosdam destinaverit,  
 creauerit & ordinauerit ad æternam damnatio-  
 nem ex iusto suo iudicio: Generales hæ sunt pro-  
 missiones, nec illas debemus astringere ad aliquã  
 particularitatem. Lucae 19. Venit filius hominis  
 quærere & seruare quod perierat: Ergo ille  
 vult omne perditum seruare: Imò gravissimè  
 dixit

SECUNDVM.

dixit filius Dei Christus Iesus Dominus & frater  
 noster; Venite ad me omnes, qui laboratis & o-  
 nerati estis, & ego reficiam vos, Matthæi II. Ibi  
 loquitur in genere ad omnes nullo sanè excepto.

Item generales illas & perspicuas promissio-  
 nes, quas Spiritus sanctus & Prophetis & Euan-  
 gelistis atq; Apostolis inspiravit, quarum etiam  
 potissimam partem Christus (os Veritatis) pro-  
 locutus est, an illas irritas habebimus, & con-  
 stringemus ad particularitatem eam, quæ ab ad-  
 uersa parte docetur, vt quilibet dicat: Ecce ego  
 illas generales promissiones mihi applicare ne-  
 queo, nisi prius sentiam perspicuè in corde meo,  
 singularem motum Spiritus sancti, qui mihi dicti-  
 tet in corde meo, me esse electum, ordinatum &  
 creatum ad vitam æternam: An igitur tua, ô ho-  
 mo, incredulitas derogabit veritati Dei, & fidem  
 Dei faciet irritam tua infidelitas? absit, Rom. 3.  
 Imo Deus verax est vt ibidem habetur & non est  
 respectus personarum apud ipsum (Rom. 2.) Er-  
 go vult etiam vt omnes quotquot sunt in gene-  
 re humano homines absq; ulla exceptione sibi ap-  
 plicent generales in Verbo Dei promissiones,  
 quas Deus pater & Filius eius Christus Iesus cum

C

Spiritu



CAPIT

Spiritu sancto sine ullo dubio ad omnes homines cuiuscunq̄ generis & conditionis, dictas, scriptas & destinatas atq̄ ordinatas esse voluit, vt quilibet censeat, statuatur, atq̄ certò concludat eas vt singulis ita & sibi propositas, dictatas, concessas, (quasi generale priuilegium aliquod) & exhibitas esse: vt nihil de ea re possit esse apud omnes pios dubij; Christus est agnus Dei tollens peccata mundi Ioannis 1. & 1. Ioan: 1. Sanguis Domini nostri Iesu Christi emundat nos ab omni peccato: & 1. Iohannis 2. Filioli ne peccetis, & si quis peccauerit aduocatum habemus apud DEVM patrem, Iesum Christum iustum, & ipse est propitiatio pro peccatis nostris, Non pro nostris autem tantum, sed etiam pro totius mundi.

Nonne hæc sunt clara, perspicua, rotunda & expressa scripturæ sacræ verba? quæ (nullis exceptis) omnibus in toto mundo existentibus promittunt remissionem peccatorum.

Quando ergo nonnulli eludunt dicta Christi, Ioannis tertio, Sic Deus dilexit mundum (hoc est, iuxta illos, electum gregem quorundam absolute prædestinatorum credentium) vt filium vnigenitum daret, vt omnis (vbi dicunt, non omnis, sed aliquis qui absoluto Dei consilio est prædestinatus

stinatus, ordinatus, creatus, vocatus ad vitam æternam) qui credit in illum, Christum, non pereat, sed vitam æternam habeat: sed finge inuersionem & peruersionem aduersariorum in prædictis Christi dictis locum habere posse: Interim quomodo hæc ibidem mox sequentia verba eludent aut eludere poterunt? Non enim misit Deus filium suum in mundum, vt condemnet mundum, sed vt mundus per eum salutem consequatur.

Hæc dicta quilibet Christianus sibi vera fide & certa fiducia applicet expendens, quod ipse sit in mundo, & membrum mundi, ergo illa non minus sibi quam omnibus in mundo agentibus dicta & scripta esse putet, & certò statuat: Valeant ergo Aduersarii dubitantes, qui ad hoc venerunt, in eum finem scripserunt, & eo animo disputarunt, non vt consolationem peccatoribus ex scripturis adferrent, sed distractionem conscientiarum, scrupulos cordium, & perplexitatem, aut laqueum conscientijs peccatorum iniicerent: Omittat ergò cordatus lector, imò remittat & emittat perniciosas illas opiniones (quæ in desperationem, in interitum, & in anxietatem singulos eas amplectentes præcipitant) & simpliciter acquiescat generalibus Christi promissionibus, absq̃  
 C 2 ulla

CAPVT

ulla disputatione: Fundamentum autem non est aliud nobis positum, quàm quod est Prophetarum & Apostolorum, hoc est solus ille angularis lapis Christus Iesus Ephes. 2. Christus Iesus est quoq; nostra iusticia, in quo & per quem iustificamur: Hierem. 23. 1. Corinth. 1. & Esaie dicitur cap. 53. Seruus meus iustus per sui cognitionem multos iustificabit: ille est nostra fiducia & spes unica. Videantur loci Iohannis 3. 5. 6. 7. 8. Rom. 3. 4. 5. & 14. Galat. 3. 4. Ephes. 2. Hebræorum 11. Psal. 23. Ex istis & ex multis alijs scripturæ locis peti possunt prolixæ & solidæ consolationes peccatis & diuersis morbis ac miserijs hominum opponendæ: vt nihil amplius dubitationis restare possit, unde ullus Christiano scrupulus suboriri queat aut debeat.

CAPVT





## CAPVT TERTIVM.

*Quomodo superanda mors & Vincendus Diabolus.*

**R**ergimus ad tertiū de superanda morte & vincendo Diabolo: Memento nouissima (inquit Syrach c. 28. & 39.). Mors ultima linea rerum. Et rectè dixit Poëta, Cinis & vmbra sumus. Et eō iam deuentum est apud multos in tantis perplexitatibus hærentes, vt potius mortem quàm vitam eligant Ieremię 8. Et vt multis melior sit mors, quàm vita sicut Ionas dixit ex impatientia cap. 4. Hoc est quod Apocalyps: 9. dicitur homines esse quæsituros mortem. Dicitur quoq; Hieremię nono capite. Videmus quomodo mors quotidie quasi per fenestras penetret in ædes nostras. Et omnes traditi sumus in mortem Ezechielis 31. atq; ante faciem nostram it quotidie mors sicut Habacuc 3. cap. legitur. Quia per peccatum mors in mundum introiuit, & sic in omnes homines mors inuasit, quia omnes peccauerunt, & omnes homines, quotquot nostrum sunt, tam parui quàm magni absq; exceptione filij Adami sumus, & in

C 3

Adamo

C A P I T U L U M

Adamo morimur 1. Corinth. 15. Et stimulus mortis peccatum est. Iacobus cap. 1. ait peccatum perpetratum gignere mortem: Itaque morti nos omnes subiecti sumus, ideo sicut Propheta Esaias cap. 40. ait, Præterimus tanquam flos & herba. Rectè quoque dicit Apostolus Iacobus Iacobi 1. exarescit mox herba & flos eius decidet, sic & noster aspectus perit. Itaque expendamus quid Ioannes 1. cap. 3. in sua Epistola grauitè dicit. Qui non diligit manet in morte: Ideo omnes manemus in morte, quia omnes odijs & rixis, inuidia & inimicitia laboramus & æstuamus. Ergò in morte peccatorum, quæ est pessima, hæremus: quia addit Ioannes ibidem, quod is qui odit fratrem, sit homicida, & certum esse omnem homicidam apud se non habere vitam manentem: Et aliquoties loquitur de peccato quod non sit ad mortem ibidem cap. 5. Ioannes Apostolus, & de peccato quod est ad mortem. Sed reuertimur nunc ad mortis propinquitatem: Syrach scribit cap. 14. mortem non tardare: Ideo omnes (sicut Zacharias Lucæ 1. ait) in umbra mortis sedemus, & ea quotidie circumdamur. Quid igitur aliud restat, quam vt quotidie nos ad mortem imminentem & citò ad nos properantem piè præparemus, & cogitemus non solum quotidie nobis morien-

moriendum esse, sed ut sub illa cura hoc vnum  
 agamus & meditemur, quò mors nobis non sit  
 amplius mors sed somnus, & suavis ex hac cala-  
 mitate transitus ad vitam æternam & beatam, de-  
 inde vt discamus nostrum summum hostem (qui  
 est perpetuus homicida) Diabolum, omnium si-  
 multatum, rixarum, odiorum, & turbationum  
 autorem, vincere & spiritualibus armis superare,  
 sicut externo modo David magnū Goliath stra-  
 uit. Omnes quidem moriemur, sed non omnes  
 immutabimur, ait Paulus 1. Corinth. 15. quia  
 multi moriuntur in delictis (Ephes. 2. Coloss. 2.) et  
 sic pereunt ut non immutentur ad vitam beatam.  
 Quando ergò nesciamus horam mortis nostræ  
 (vt inquit Isaac pater ad filium Esau, nescio diem  
 mortis meæ Genes. 27.) censeat sanè quilibet sibi  
 hoc dictum esse, quod Moyse dicitur Deutero 31.  
 prope sunt dies mortis tuæ, ideò meritò clame-  
 mus omnes cum Philistinis, pauer mortis inuasit  
 nos, & grassatur mors ubiq; 1. Samuelis 5. Dica-  
 mus etiam cum Ionathane, vno gradu ego &  
 mors diuidimur, aut vix passus inter me & mor-  
 tem intercedit, vel vix uno passu à morte absum  
 1. Sam. 20. In tanto namq; mortis periculo quoti-  
 diè versamur; vere nos mortis pauores & laquei  
 mortis circumdāt & præueniunt sicut ait David 2.  
 Sam. 22, qui etiā grauitè ait Ps. 89. Quis vir viuet  
 &

## CAPVT

& non videbit mortem. Quanta verò sit miseria omnium hominum, quis quæso expendit, ut cogitet de die obitus sui siue sit magnus, siue paruus, aut vt formidinem habeat amaræ mortis? postquam mors verè sit amara, & memoria eius, homini præsertim voluptuario (teste Syrachide capite 40. & 41.) sit grauis & austera, ideo expendamus iniustis hominibus subeundas esse post mortem poenas, videlicet inferni, sicut ad Esdram libro 4. cap. 7. dicitur: Et Dauid quoq; dicit mortem impiorum esse pessimam. Quare quilibet consideret ut cum Dauide oret, Integritas & rectum custodiant me, & in hoc totus sit ut integritatem & rectum seruet, & fidem in Christum & bonam conscientiam retineat. Sicut enim neq; Rex per virtutem & maiestatem suam, neque Princeps per potentiam suam, neq; diues per aurum & argentum, neq; fortis per fortitudinem suam eripitur ex morte, ita omnes simul morimur tam pauperes quam diuites, tam magni quam parui, sed impios manet mors secunda & æterna. Vt igitur omnes metam properamus ad vnam, videlicet ad mortem, sic cogitandū singulis erit, mortem ipsis vicinam & imminere, sed impij in morte vix possunt memores esse Domini sui. Rectè igitur in Ecclesia canitur.

Vnd

Vnd wenn er nimmer leben mag/  
 So hebt er an ein grosse flag/  
 Wil sich erst Gott ergeben/  
 Ich fürcht fürwar die Göttlich gnad/  
 Die er allzeit verspottet hat/  
 Wird schwerlich ob ihm schweben.

Ein Reichem hilfft doch nicht sein gut/  
 Dem Jungen nicht sein stolzer mut/  
 Er mus aus diesem Meyen /  
 Wenn einer hett die ganze Welt/  
 Silber vnd Gold vnd alles geld/  
 Noch mus er an den Rehen.

Dem Gelehrten hilfft doch nicht sein kunst/  
 Der weltliche pracht ist gar vmbsonst/  
 Wir müssen alle sterben/  
 Wer sich in Christo nicht erzeit /  
 Weil er noch lebt in der gnaden zeit/  
 Ewig mus er verderben.

Si enim Daud ait Psal. 55. Cor meum contur-  
 batum est in me & formido mortis cecidit super  
 me, Timor & tremor venerunt super me & o-  
 peruit me horror. Quantò magis hoc nos quo-  
 tidie dicamus, quod formido mortis cadat super  
 nos & horror inferni inuadat nos: Et sæpè illud  
 Paulinum (2. Corinth. 1.) repetamus, Nos in no-  
 bis

D

bis



bis ipsis accepimus sententiam mortis, sicut Rex Hiskias eam accepit Esaiæ 38. quando ei dicebatur, morieris tu & non viues.

Deficiunt enim in vanitate Dies nostri & anni nostri in perturbatione, sicut Psal. 88. dicitur. Quid ergo faciendum erit? Hoc iam consideret lector; quia consolationes morti opponendas ex sacris literis subiiciemus. Iob ait cap. 13. Etsi me occidas tamen sperabo in te. Et grauius ait Dauid Psalm. 23. Si ambulauero in valle vmbrae mortis, non timebo mala mihi, quoniam tu mecum es Domine. Et Psal. 9. Tu exaltas me de portis mortis. Item Psal. 27. Dominus illuminatio mea, & salus mea, quem timebo? Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo? Psal. 31. Petra mea, & munitio mea es tu. Et Psal. 33. Ecce oculi Domini super timentes eum, & super eos qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame. Anima nostra expectat Dominum, qui adiutor & protector noster est. Et Psal. 34. Exquisiui Dominum & exaudiuit me, & ex omnibus pauoribus meis eripuit me. Ergo etiam eripit ex pauore mortis. Et mox: Redimet Dominus animam seruorum suorum. Psal. 42. Deo file anima mea, quoniam  
ab ipso

ab ipso spes mea, quia ipse petra mea & saluator  
 meus, adiutor meus, non mouebor: In Deo salus  
 mea & gloria mea, petra fortitudinis meæ, fidus  
 mea in Deo est, hoc est, vt ait Paulus, siue vi-  
 uimus siue morimur Domini sumus. Psalm. 54.  
 Dominus susceptor est animæ meæ. Psalm. 56.  
 Eripuisti animam meam de morte & pedes meos  
 de lapsu, vt ambulem coram Deo in lumine  
 viuientium. Psal. 72. à fraude & violentia redimet  
 animas eorum, & pretiosus sanguis eorum, (vi-  
 delicet rectè credentium & piè viuientium, si ma-  
 ximè interficiantur) in oculis eius. Psal. 118. Casti-  
 gans castigauit me Dominus, sed morti non tra-  
 didit me. Psal. 107. Dominus eduxit nos è tene-  
 bris & de vmbra mortis, & vincula eorum dis-  
 rupit. Misit verbum suum & sanauit eos, & eri-  
 puit de internecionibus eorum. Psal. 118: Non  
 moriar sed viuam & narrabo opera Domini.  
 Esaia 25. mortem funditus absorbet vincendo,  
 vel præcipitabit mortem in sempiternum, scilicet  
 Christus filius Dei. Ezechiel. 18. Nolo mortem  
 morientis. Item 33. Nolo mortem peccatoris, sed  
 vt conuertatur & viuat. Osee 13. De manu  
 mortis liberabo eos, de morte redimam eos, Ero  
 mors tua o mors.

D ij

Es

C A P V T

Es war ein wunderlicher krieg/da Todt vnd  
Leben ringen/das Leben behielt den sieg/es hat  
den Todt verschlungen/ die Schrift hat ver-  
kündet das/ wie ein Todt den andern fraß/ ein  
spott aus dem Todt ist worden.

Lege verba Prophetæ Micheæ, quæ extant  
cap. 2. (placuit mihi illa germanicè ponere) Ich  
wil dich Jacob (Ecclesiam) versamlen ganz vnd  
die vbrigen in Israhel zu hauffe bringen/ Ich wil  
sie wie ein Herde in einen festen Stall thun/  
vnd wie ein Herde in seine hirtten / das es von  
Menschen dōnen sol / es wird ein durchbrecher  
für ihnen herauff fahren / sie werden durchbre-  
chen/vnd zum Thor aus vnd einziehen / vnd ihr  
König wird für ihnen hergehen / vnd der Herr  
formen an. Das ist Christus vnser trewer  
Held / durchbrecher vnd hirt der hat für vns  
herdurch gebrochen/ vnd eine gute bahn gema-  
chet/durch Todt/ Sünde/ Teuffel vnd allem  
vbel.

Et rectè hic textus quadrat cum decimo capi-  
te Ioannis de vero pastore Christo, qui suas oues  
educit & ipsæ sequuntur eum, & nouerunt eius  
vocem. Ego sum (ait) ostium ouium, per me si  
quis introierit, salutem consequetur, & ingredie-  
tur



tur & egredietur, & pabulum inueniet, Ego veni vt vitam habeant, Ego sum pastor bonus qui animam suam ponit pro ouibus. Sic enim Deus (vt ipse Christus Ioan. 3. inquit) dilexit mundum vt filium suum vnigenitū daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat vitam æternā; sed mox aduersarij dicunt, ista Christi dicta esse particulariter de solis absolutè prædestinatis & electis intelligenda; sed quomodo intelligent sequentia; Non misit Deus filium suum in mundum vt condemnet mundum, sed ut salutē mundus per ipsum consequatur. Sed finge cum aduersarijs ibi vocem mundus pro electis intelligi, & non generaliter pro & de toto mūdo h. e. de omnib. hominib. in mundo existentibus; Interim quomodo intelligent dicta Pauli 1. Corinth. 15. Quemadmodum in Adam omnes moriuntur, ita in Christo omnes viuificabuntur. Si in prima sententia, vox, omnes, de omnibus hominibus intelligitur, cur igitur in altera sententia, Vox omnes quoq; non intelligeretur de omnibus hominibus? Similis locutio extat Romanorum vn. decimo. Conclufit Deus omnes sub incredulitate, ut omniū misereretur. Sicut igitur omnes sunt conclusi sub peccato homines; Itane Deus

C A P I T

vult omnium misereri aut est personarum respec-  
 ctor? aut in primo dicto debetne vox Omnis de  
 omnibus generaliter hominibus intelligi, & in  
 sequenti specialiter de quibusdam? Itane eluditur  
 scriptura? Quò igitur dementiæ ruant isti homi-  
 nes vertiginosi, qui omni nos consolatione priua-  
 re, & scripturam inuertere conantur, facile de-  
 prehendimus. Ioan. 5: Amen Amen dico vobis,  
 qui sermonem meum audit, & credit ei qui misit  
 me, habet vitam æternam, & in iudicium non ve-  
 niet, sed transiit ex morte ad vitam. Ioannis 6:  
 Ego sum panis vitæ, qui credit in me, non sitiet  
 vnquam: Eum qui venit ad me, non eijciam fo-  
 ras. Hæc est voluntas patris, vt omnis qui cre-  
 dit in filium (Dei) habeat vitam æternam, & ego  
 suscitabo eum in nouissimo die. Amen dico vo-  
 bis, qui confidit mihi habet vitam æternam. Hic  
 est panis de coelo descendens, vt de ipso edat ali-  
 quis, & non moriatur. Petrus ait ad Christum:  
 Domine quò ibimus, tu verba vitæ habes? Ioan-  
 nis 8. Qui sequitur me non ambulabit in tene-  
 bris, sed habebit lumen vitæ. Amen Amen dico  
 vobis, Si quis sermonem meum seruauerit, mor-  
 tem non videbit in æternum, Abraham exulta-  
 uit vt videret diem meum, & vidit atq; gauisus  
 est.

est. Ioan. 11. Ego sum resurrectio & vita, qui credit in me etiamsi mortuus fuerit, viuet, & omnis qui viuit & credit in me, nequaquam morietur in æternum. Ioannis 12. Vbi ego sum illic & minister meus erit. Ego lux in mundum veni, vt omnis qui credit in me, in tenebris non maneat. Ego non veni vt iudicem mundum, sed vt seruem mundum. Cap. 14. Ne turbetur cor vestrum, vado vobis paraturus locum, redibo & assumam vos ad me ipsum, vt vbi ego sum & vos sitis. Item ego sum Via, Veritas & Vita, Nemo venit ad patrem, nisi per me, pacem meam relinquo vobis, pacem meam do vobis, non quomodo mundus, ego do vobis. Ne turbetur cor vestrum, neq; formidet, ab eo & venio ad vos. cap. 15. Hæc locutus sum vobis vt gaudium meum sit in vobis perfectum, & gaudium vestrum impleatur. cap. 16. Vos in mœrore afficiemini, sed mœror vester vertetur in gaudium. Vos quidem nunc in mœrore estis, sed iterum videbo vos & gaudebit cor vestrum & gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Hæc locutus sum vobis, ut in me pacem habeatis. Cap. 17. Hęc est vita æterna, vt cognoscant te solum verū Deū & quē misisti Iesum Christū. Rogo ut serues eos à malo.

à malo : Et ego sanctifico me pro ipsis : Pater vo-  
 lo vt vbi sum ego, & illi sint mecum quos dedisti  
 mihi. Romanorum 5. Iustificati ex fide pacem ha-  
 bemus apud Deum per Dominum nostrum Ie-  
 sum Christum, per quem etiam aditum consecu-  
 ti sumus in fide in gratiam hanc, in qua stamus &  
 gloriamur sub spe gloriae Dei. Item, commen-  
 dat Deus charitatem suam erga nos quod ad-  
 huc cum peccatores essemus, Christus pro nobis  
 mortuus est, multo igitur magis iustificati nunc  
 sanguine eius seruabimur ab ira. Non solum au-  
 tem hoc, verum etiam gloriātes in Deo per Do-  
 minum nostrum Iesum Christum, per quem  
 nunc reconciliationem consecuti sumus. Si vnus  
 delicto multi mortui sunt, multo magis gratia  
 Dei & donum per gratiam, quae fuit vnus ho-  
 minis Iesu Christi in multos exuberavit. Etenim  
 si per vnus delictum mors regnavit per vel pro-  
 pter vnum, multo magis hi qui exuberantiam  
 gratiae & doni iustitiae accipiunt per vitam, regna-  
 bunt autore uno Iesu Christo: Itaque sicut per vni-  
 us delictum propagatum est malum in omnes  
 homines ad condemnationem, ita & per vnus  
 iustificationem propagatur bonum in omnes  
 (nota omnes) ad iustificationem vitae. Et mox se-  
 quitur

quitur ibidem. Quemadmodū enim per inobedi-  
entiam unius hominis peccatores constituti fui-  
mus multi, ita per obedientiam Vnius Christi  
iusti constituuntur multi: Et iterum, vbi exube-  
rauit peccatum, ibi magis exuberavit gratia Dei.  
Rom. 8. Accepistis spiritū adoptionis filiorū Dei,  
in quo clamamus Abba pater, Idem spiritus con-  
testatur spiritui nostro, quod sumus filij DEI.  
Quod si filij, Ergo & hæredes: hæredes Dei, sed  
cohæredes Christi. Item si Deus pro nobis, quis  
contra nos? qui proprio filio non pepercit, sed  
pro nobis omnibus tradidit eum, quā fieri potest  
vt non cum eo nobis omnia donet? Quis inten-  
tabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui  
iustificat, quis ille qui condemnet? Christus est  
qui mortuus est, imō qui & suscitatus est, qui eti-  
am ad dextrā Dei sedet, & intercedit pro nobis. Si  
igitur Deus pater est noster Deus, & pater no-  
ster, sicut Ioannis 1. cap. legitur: dedit eis potesta-  
tem filios Dei fieri, qui credunt in nomen vnige-  
niti Dei, & Ioan. 20. Ascendo ad Deum meum,  
& Deum vestrum, ad patrem meum, & patrem  
vestrum, vt per Christum sit nobis Abba pater.  
Si etiam Christus est noster perruptor (Mi-  
cheæ 2.) nostra vita, noster pastor, noster media-  
tor inter Deum & homines, noster aduocatus &

E Ponti-

CAPVT

Pontifex, qui propter peccata nostra mortuus est, & propter iustitiam nostrā resurrexit. Rom. 4. & nobis propè est Matthæi ultimo & Phil. 4. qui etiam non relinquet nos orphanos, Ioan. 14. Et gaudium vestrum nemo tollet à vobis. Si quoq̃ Spiritus sanctus est noster consolator, qui nos ducit in omnem veritatem, qui obsignat in nobis promissiones Dei, Ephes. 1. Ergo pro nobis est Deus pater, pro nobis filius Dei stat, Ergo pro nobis Spiritus sanctus est. Ergo pro nobis stat & pugnat sancta Trinitas, verus & vnus Deus, sicut se patefecit in verbo suo sancto. Quid igitur timemus, quasi nos à tali Dei dilectione mors separare posset? minime. Grauius ergo dixit S. Bernardus; Nos pro nobis habere sponso-rem patrem, & perruptorem filium, & Ducto-rem Spiritum sanctum, vt nihil amplius timendū sit. Rectè itaq̃ concludamus cum Paulo Romanorum 14. cap. Siue viuimus, Domino viuimus, siue morimur, Domino morimur, siue igitur viuamus siue moriamur, Domini (hoc est istius Domini, qui nos suo sanguine redemit) sumus: In hoc enim Christus mortuus est, & resurrexit & reuixit vt mortuis ac viuentibus dominetur. Regnum DEI non est cibus & potus, sed pax & gaudium in Spiritu sancto.

Legamus etiam quid habeat Apostolus Paulus  
lus

Ius 1. Cor. 15, Postquam (inquit) per hominem mors peruenit vel intrauit, etiam per hominē resurrectio. Clanget tuba et mortui resurgēt incorruptibiles & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile induere immortalitatē, cum autem corruptibile induerit incorruptibilitatē, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est, Absorpta est mors in victoriam, vbi tuus o mors aculeus? vbi tua inferne victoria? Deo gratia qui dedit nobis victoriam per Iesum Christum Dominum nostrum. 2. Cor. 1. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui est pater misericordiarum, & Deus omnis consolationis, consolatur nos in omni afflictione nostra, Deus mortuos suscitatur ad vitam. 2. Corinth. 5. Scimus quod si hoc terrenum domicilium huius tabernaculi destructum fuerit, ædificationem ex Deo habemus, domicilium non manufactum, æternum in coelis: Si vnus pro omnibus mortuus fuit, Ergo omnes mortui fuerunt: Deus reconciliauit nos sibi per Iesum Christum.

Fuit magnifici & consultissimi D. Iohannis ab Halle I. V. Doctoris ( qui fuit Illustris ac Inclyti Comitis ac Domini, Domini Ioannis Comitis Altenburgici et Delmēhorstani, Domini Iheuerens

E 2

lis

C A P I T U L U M

sis & Dynastę Knyphusiani. &c. Cancellarius dignissimus & 7. Augusti in Christo mortuus est Anno D. 1588. Symbolum ex Epistola ad Philipp. cap. primo, Mihi vita Christus, & mors mihi lucrum. Quod suauissimum verorum Christianorum dictum mox latius Apostolus explicat, videlicet quomodo sit intelligendum, dicens, cupio dissolui & esse cum Christo: Et coloss. 3. Vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Quandoquę Christus manifestatus fuerit, vita nostra, tunc & nos cum illo manifestabimur in gloria.

Quid etiam ter maximus Apostolus scribat deinceps erit considerandum, 1. Thessal. 4. Nolo vos ignorare fratres de his, qui obdormierunt, ne doleatis quemadmodum & cæteri non habentes spem. Nam si credimus, quod Iesus mortuus est, & resurrexit, sic & Deus eos, qui obdormierunt in Christo, adducet cum illo. Item cap. 5. Non constituit nos Deus vt iram nobis concitemus, sed vt salutem consequamur per Dominum nostrum Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus siue dormiamus, simul cum illo viuamus, &c. Quid ad hæc dicent Aduersarij asserentes Deum quosdam constituisse, ordinasse & creasse ad damnationem æternam? Cum rursum



sum dicat Apostolus 1. Tim. primo, Iesus Christus venit in mundum, vt peccatores saluos faceret. Et capite secundo, Deus vult cunctos homines saluos fieri, & ad cognitionem veritatis venire. Item Iesus Christus dedit seipsum pretium redemptionis pro omnibus. 2. Tim. 1. Christus mortem aboleuit, & vitam in lucem produxit. Hebræorum 2. Christus pro quouis gustauit mortem. 1. Ioan. 3. Nos scimus quod translatus sumus de morte ad vitam. Et 1. Ioan. 4. In hoc apparuit charitas Dei in nobis, quod filium suum vnigenitum emisit Deus in mundum, vt viuamus per ipsum. Et cap. 5. Qui habet filium, habet vitam, qui non habet filium Dei, vitam non habet. Apocalypsi: capite primo, ait Christus, Habeo clauis inferni & mortis. Apocalypsis 20. infernus & mors coniecti sunt in stagnum ignis, & hæc est mors secunda. Sed hætenus recensui consolationes morti opponendas, quas pij in singulis, vnde desumpta sunt, locis inquirent, legant & perpendant, & quid ex vnaquaque sententia consolationis sit colligendum & obseruandum, secum meditabuntur.

Nunc quomodo sit Diabolo occurrendum, breuiter quoq; exponendum erit, vt non inueniamur nudî & inermes, sed habeamus in prom-

ptu, quod ei semper opponamus. Genes. 3. Semen mulieris conteret caput serpentis, videlicet Diaboli, qui primos parentes seduxit, & nullum aliud semen mulieris potuit serpentis, hoc est, Diaboli contere caput, quam Christus Dei & Mariæ filius. Genes. 12. 18. & 22, Promittit Deus, in femine Abrahamæ benedicēdas esse gentes omnes, hoc est per Christū à maledictione, in quam nos iniecit Sathan, liberandas. Symphon fuit figura Christi qui ex vrbe Gaza prius ablatis portis, exijt, qui fortem leonem contriuit, qui maxilla asini hostes strauit, & moriens inimicos oppressit, Iudicum 15 & 16. Sic Christus portas inferorum contriuit, vt non præualeant portæ inferorum aduersus Ecclesiam Christi, Matthæi 16. Et potest versus Psalmi 107. hinc accommodari, Dominus contriuit portas æreas, & vectes ferreas confregit: & Christus Diabolum, mortem & infernum moriens destruxit sua resurrectione, hoc ipsum vt vero testimonio hoc est, re ipsa resurgendo testatus est: Christus etiam maxilla asini hoc est vocali verbo horrendum Diabolum & suos sternit quotidie in credentibus, & moriens inimicos Diabolos & mortem perdidit. Videat etiam lector et legat in Epistola ad Epheseos 1. & 4. Quam nihil possit Sathanas vel Diabolus contra  
 pios

pios & verè colentes Deum, ostendit historia Iobis in primo & secundo capite, nisi ei fortè permittatur à Domino Deo quicquam.

Erat autem figura Christi David, quando eriperet pecudem ex ore leonis & vrsi irruentis in gregem ouium I. Samuelis 17. Sic ex faucibus diri leonis, nos oues suas Christus eripit. Ita quoq̄ ait Psal. 91. Super leonem & aspidem ambulabis, conculcabis catulum leonis & Draconem. Leoni comparat Petrus I. Pet. 5. Diabolum et in Apocalypsi dicitur cap. 12. de antiquo Dracone. Ideo ibidem in Psalmo prædicto (videlicet 91.) additur, Etsi cadant à latere tuo mille & decem millia à dextris tuis, ad te tamen non appropinquabunt. Atq̄ magna fiducia loquitur David Psal. 49. Deus redimet animam meam de inferni manu id est de Diaboli potestate. Zachariæ 3. Cum Iehosuae sacerdoti se Sathanas opponeret coram Angelo Domini, dixit Dominus ad Sathanam, Increpet te Dominus ô Sathan, increpet te Dominus qui elegit Ierusalem h. e. Ecclesiam suam. Videamus de spiritu Nequã & mendace (qui est diabolus) I. Reg. 22. quod nec ille quicquã possit, nisi de voluntate omnipotētis Dei, quē inuocabimus in nomine Christi filij sui, ut nos à falsis Prophetis, in quib, pater mendacij, spiritus mendax Satanus est  
efficax

C A P V T

efficax 2. Theſſal. 2. 2. Timoth. 2. liberet. Miniſter  
 Prophetæ & viri Dei Elizæi conſurgens diluculo,  
 egreſſus eſt, & vidit exercitum in circuitu ci-  
 uitatis, & equos & currus atq; nunciauit Domi-  
 no, Heu, heu, & heu quid iam Domine mi facie-  
 mus? at reſpondit ei Elizæus, Noli timere, plu-  
 res ſunt nobiſcum, quàm eorum qui ſunt cum il-  
 liſ; Et orauit Elizæus ad Dominum, ut aperiret  
 oculos miniſtri ſui, & Dominus aperuit eius oculos  
 & vidit, & ecce mons plenus erat equis &  
 curribus igneis circum Elizæum. Vide in lib. 2.  
 Regum cap. 6. & hoc factum eſt iuxta Pſalmum  
 104. vbi legitur: Qui facit Angelos ſuos ſpiritus,  
 & miniſtros ſuos ignem flammaram. Et Pſ. 34.  
 Angelus Domini in circuitu timentium eum. Et  
 Pſal. 91. Angelis ſuis mandauit de te ut cuſtodi-  
 ant te in omnibus vijs tuis. Et habent etiam pue-  
 ri Angelorum cuſtodiã Matthæi 18. Et ad hunc  
 locum Elizæi poteſt applicari dictum Iohannis  
 Apoſtoli in ſua Canonica 1. Ioannis 4. Maior eſt  
 qui apud nos eſt, quam qui in mundo eſt:

Venimus ad nouum Teſtamentum. Nonne  
 per ſcripturam Chriſtus vicit Diabolum? & tan-  
 dem ait, Abi Sathana, Matthæi 4. & Lucæ 4. Et  
 Marcus ait cap. 1. quod ſit tentatus à Sathana, ſed  
 addit, quod Angeli miniſtrauerint ei; & mox le-  
 gitur,

gitur, quod multa Dæmonia eiecerit, nec sinebat loqui dæmonia. Videamus caput 8. Matthæi, Marci 5. & Lucae 8, quomodo ex dæmoniacis etiam Legiones dæmoniorum eiecerit.

Videamus etiam Matthæi decimo, Marci 3. & 6. Item Lucae 9. quomodo dederit duodecim Apostolis vim super & aduersus immundos spiritus vt eijcerent eos, & Lucae 9. dicunt Apostoli, in primis Ioannes, quod fuerit peregrinus eijciens dæmonia in nomine vel per nomen Christi. Quod comprobatur Christus Lucae 10. emittit quoque similiratione septuaginta discipulos Christus, & de his scribit Euangelista ibidem, quod reuersi sint septuaginta discipuli ad Christum cum gaudio dicentes: Domine etiam Dæmonia nobis subiiciuntur per nomen tuum. Ait autem illis: Videbam Sathanam sicut fulgur cadentem de cælis. Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones & super omnem potestatem inimici, & nihil vobis nocebit. Verum ob id ne gaudeatis quod spiritus subiciuntur vobis, sed gaudete potius quod nomina vestra scripta sint in cælis. Lucae 11. eiecit dæmonium ex muto & mox calumniantur Christum, quasi per Beelzebub dæmonia eijciat, sed egregijs argumentis se defendit Christus, ostendens se illum fortio-  

F

esse

## CAPVT

esse qui diabolum eiciat, eius atrium inuadat & diuidat eius spolia, &c. ut nihil contra nos possit. Notum est quomodo Cananeæ filia liberetur à Dæmonio eam miserè vexante, per Christum Matthæi 15. & 16. dicit Christus, Inferorum portas non præualere Ecclesiæ Christi, eum pio filio Dei & Messia confitenti. Et Marci 9. legitur quàm miserè torserit puellum Sathanas & nunc in ignem, nunc in aquam iecerit eum, & quomodo Christus ipsum, fugato Dæmone, sanitati restituerit. Luca 13, Legitur de muliere habente spiritum infirmitatis, vt se erigere non posset, quam sanauit Christus. Luca 22, ait Christus ad Petrum, Simon, Simon, Sathanas expetiuit vos vt cribraret sicut triticum, sed ego rogauit pro te, ne deficeret tua fides. Sic orat adhuc pro nobis Christus ne deficiamus in fide. Ioannis 12. ait Christus, Nunc princeps huius mundi eijcietur forâs. Et cap. 14. Venit princeps huius mundi, & non habet in me quicquam. Ergo etiam in eius corpus (Ecclesiam) nec in eius membra id est fideles quicquam habet Sathan. Et cap. 16. Princeps mundi iudicatus est, Ergo nihil potest contra nos, Christi fideles: Item, Bono animo sitis ego vici mundum. Ergo etiam et Principem

cipem mundi vicit Christus, ideo nihil potest ille.  
 Actorum 10. legitur, Iesus (qui est omnium Do-  
 minus) obambulavit benefaciendo & sanando  
 omnes oppressos à Diabolo. Sic quoq; & ho-  
 diè omnes à Diabolo oppressos sanabit & sanat,  
 quoniam non est respectio personarum apud i-  
 psum. Et Actorum 26. dixit ad Paulum Domi-  
 nus, ad hoc te misi ut aperias oculos eorum, ut  
 conuertantur à tenebris ad lucem & à potestate  
 Sathanæ ad Deum, vt accipiant remissionem pec-  
 catorum, & sortem inter eos qui sanctificati sunt  
 per fidem, quæ est erga me. Romanorum 16.  
 Deus pacis conteret Sathanam breui sub pedi-  
 bus vestris, quod etiam fiet propediem. 1. Cor. 15.  
 Vbi est tua inferne victoria? sed Deo gratia, qui  
 dedit nobis victoriam (videlicet contra infernum  
 & Diabolum) per Dominum nostrum Iesum  
 Christum. 2. Corinth. 2. Deo gratia qui semper  
 triumphat per nos in Christo contra Satha-  
 nam, infernum & mundum. 2. Corinth. 11. & 12.  
 Angelus Sathanæ colaphisat Paulum, & cum  
 rogasset ter Dominum, dixit ei Dominus, sufficiat  
 tibi gratia mea, Mea virtus est efficax in infir-  
 mis. Ephesorum 1. Deus pater excitauit Christum  
 Iesum ex mortuis & sedere eum fecit ad dexteram  
 suam

CAPIT

suam in cœlestibus super omnem principatum  
 ac potestatem & virtutem ac dominium & omne  
 nomen, quod nominatur non solùm in hoc secu-  
 lo, verùm etiam in futuro. Quid intelligat per  
 principatus & potestates ac virtutes atq; domi-  
 nia, postea explicat cap. 6. ibidem: Vbi eius (Sa-  
 thanæ) potentia describitur, (quia in sexto capite  
 istius epistolę Diaboli ipsi principatus, potestates,  
 mundi Domini, rectores tenebrarum nominan-  
 tur) & cap. 4. Cum ascendisset Christus captiuam  
 duxit captiuitatem, nempe infernum & inferna-  
 les potentias. Sic Diaboli cum inferno per Chris-  
 tum in captiuitatem perpetuam deducti sunt, ut  
 veris Christi membris nihil nocere possint. Le-  
 gat pius Christianus de armis & armaturis atque  
 instrumentis spiritualis militiæ, quibus ornati de-  
 bent esse Christiani milites vt stent & pugnent  
 fortiter contra tantum Tyrannum, Diabolum  
 & Sathanam, atq; infernum ipsum, cap. 6. Episto-  
 læ ad Epheseos. Primò erunt veri milites spiritui-  
 ales, hoc est Christiani cincti baltheo veritatis. 2.  
 Thorace iustitiæ. 3. Galea salutis. 4. Calceati Eu-  
 angelio pacis. 5. Scuto fidei. 6. Gladiati gladio spi-  
 rituali, qui est verbum Dei. 7. Precatione & ora-  
 tione. 8. Vigilijs. Christus etiam docet nos, vt o-  
 remus & vigilemus Lucae 22. Vigilate & orate  
 ne



ne intretis in tentationem. Et sicut legitur Phil. 2. quod in nomine Iesu Christi omne genu se flectat, coelestium, terrestrium & infernorum: ergo huic Christo etiam infernales imo ipsi etiam Dæmones subsunt. Et hæc Apostolus Coloss. 2. explicat, quid velit in istis dictis, Ephes. 4. Ascendit in altum & captivam duxit captiuitatem: dum dicit expressis & proprijs verbis Paulus, Expoliatos principatus ac potestates ostentauit palam triumphans de illis per semetipsum: Ergo omnis potestas est Diabolo per Christum adempta, quod declarauit resurrectione sua, cum eum non infernus, neq; mors neq; Diabolus detinere potuerint. Declarauit etiam hac sua gloriosa ascensione in cœlos ad dexteram Dei patris. 1. Ioannis 3. In hoc apparuit filius Dei Iesus Christus ut destrueret opera Diaboli: ergo cum ipso actum est Diabolo. Apocalyps. 12. Et factum est prælium magnum in cœlo, Michael & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnabat & Angeli eius, & non valuerunt, neq; locus eorum inuentus est amplius in cœlo, sed proiectus est Draco ille magnus, serpens antiquus, qui vocatur Diabolus & Sathanas, qui seducit totum orbem terrarum, is proiectus est in terram, & Angeli eius cum illo proiecti sunt, & audiui vocem magnam dicentem



dicentem in cælo: Nunc facta est salus & virtus  
& regnum Dei nostri; & potestas Christi eius,  
quia proiectus est accusator fratrum nostrorum,  
qui accusabat eos ante conspectum DEI nostri  
die ac nocte, & ipsi deuicerunt eum per sangui-  
nem Agni, & per sermonem testimonij sui. Sic  
est Sathan superatus per Christum.

Apocalyps. 20. Vidi Angelum descenden-  
tem de cælo, habentem clauem abyssi, et catenam  
magnam in manu sua, & apprehendit Draco-  
nem serpentem antiquum, qui est diabolus et Sa-  
thanas, & ligauit eum per mille annos & misit e-  
um in abyssum. Hoc dicitur de Christo qui (ut  
prophetauit Oseas cap. 13.) de manu mortis libe-  
rat, & de morte redimit nos: Ideo mortis dicitur  
perruptor (Micheæ 2) imo mortis mors & infer-  
ni pestis, sicut Oseas de illo scribit cap. 13. Hinc  
rectè dicitur Hebræorum 2. Filius Dei accepit  
carnem & sanguinem sicut nos, vt sua morte a-  
boleret eum, qui mortis habebat imperium, hoc  
est, diabolum.

Haftenus recensuimus testimonia perspicua  
& aperta scripturæ sacrae, quibus pugnare debe-  
mus contra Diabolum & mortem, contra quos  
non carnaliter pugnandum, sed spiritualiter, quia  
arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed po-  
tentia

tentia Dei ad demolitionem munitio-  
 num, quibus consilia demolimur & omnem  
 celsitudinem, quæ extollitur aduersus  
 cognitionem Dei. 2. Cor. 10. Quæ vero  
 sit illa potentia, explicat Apostolus  
 Rom. 1. Euangelium est potentia Dei,  
 omni credenti ad salutem. Ideo & per  
 verbum & per fidem resistamus Dia-  
 bolo obambulanti & quærenti tanquam  
 leo rugiens, quem deuoret, hoc est,  
 per cognitionem Christi, & certam in  
 ipsum fiduciam 1. Petri 5. atq; per preces.  
 Grauer quoq; ait Iacobus in sua Epistola cap. 4.

Subditi estote Deo, & resistite Dia-  
 bolo, & fugiet à vobis.



CAPVT



## CAPVT QVARTVM.

*Quomodo nos oratione ad mortem pramunire  
debeamus.*

**C**hristus monet, vt vigilemus & ore-  
mus sobriique simus. Idem facit etiam Pe-  
trus dicens, Sobrii estote et vigilate. Vt  
igitur salubriter nos oratione vera  
quæ fit per fidem, præparemus ad salutarem ex  
hac vita exitum, ita instituamus orationem, vt ea  
dirigatur aut ad Deum patrem in Christi nomi-  
ne, aut ad Christum filium Dei per vulnera sua,  
& per suam mortem, sicut docuit nos: petite &  
accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperie-  
tur vobis, aut ad Spiritum sanctum per consola-  
tiones suas & promissiones amplas, quibus certi-  
ficamur, quod velit nos æternus pater exaudire  
per filium, quod Christus sit noster redemptor &  
saluator, & afficiatur ærumnis nostris, & in no-  
stra infirmitate compatiatur nobis, & erga nos  
semper misericordia tangatur, & quod Spiritus  
sanctus sit Spiritus veritatis & consolator opti-  
mus, qui in nobis obsignat veritatem & dicitur  
in

in cordibus nostris, nos habere per Christum & in Christo Abba patrem, & ostendit omnes promissiones nobis esse in Christo Ita & Amen. 2. Corinth. 1. Oremus quotidie ex Psalmo 90. D<sup>o</sup>ce nos Domine cognoscere, ut sciamus numerum dierum nostrorum (prae foribus esse, scilicet ut moriamur) ut ambulemus corde sapienti. Quod grauit<sup>r</sup> transtulit Lutherus. *Lehre uns bedencken/das wir sterben müssen/ auff das wir flug werden.* Item ex Psalmo 39. oremus, Notum fac mihi Domine finem meum & numerum dierum meorum, quis sit, ut sciam, quod ego desinam, hoc est, ut Lutherus transtulit, *HERR lehre mich doch das es ein ende mit mir habē muss/ vnd mein leben ein ziel hat/ vnd ich dauon muss.* Et ex Psal. 102. Deus meus ne tollas me in dimidio dierum meorum, hoc est inopinatè & citra meam spem. Et ex Psal. 31. Domine in manib. tuis tempora mea (aut sortes meae) sunt. Ideo tibi Domine Iesu Christe viuo, tibi morior, tu educes me de laqueo mortis, ut es fortitudo mea, vita mea & resurrectio, da mihi per tuam mortem, ut etiam in media morte tibi viuam; Ego cum Stephano semper in manus tuas commendo spiritum meum, quoniam tu Domine Iesu Christe, qui Deus veritatis & ipsa veritas es, me ( tuo pretioso sanguine)

G

guine)

CAPIT

guine) redemisti: Ad sis mihi morienti, vt Ste-  
phano adfuisti, & te vt Aduocatum & mediato-  
rem, Dominum & fratrem meum, hominem  
philantropum, sicut Stephano accidit, mihi ago-  
nizanti, & morienti exhibe & ex gratia siste, vt  
hoc re ipsa sentiam propter & per amaram tuam  
passionem, innocentissimam mortem, & glorio-  
sam resurrectionem, tu sis mihi in morte via, quæ  
ducat me ad vitam æternam, tu sis mihi verus pa-  
stor, qui me morbidam ouem & errantē ex fau-  
cibus diri leonis, Diaboli, & sæuæ mortis eripiat,  
& ad ouile vitæ æternæ perducatur, tu sis & mane-  
as in ipsa morte per ruptor meus, vt per te & in  
te cum omnibus sanctis per rumpam per mortem  
& per infernum transiens in paradysum: Tu  
es verum nostrum ostium ad coeleste ouile, da, vt  
per te vnum & solum in media morte intremus  
& per transeamus in vitam æternam. Ne recedas  
longè à me neq; te dulcissime Iesu Christe tem-  
pore mortis meæ occultes propter peccata mea  
magna, Multum enim peccaui, nimium deliqui,  
infernum & mortem æternam millies millies  
pro meritis sum, sed ego scio te esse agnum Dei  
tollentem peccata mea, imò non mea tantum sed  
etiam totius mundi. Scio tuum pretiosum san-  
guinem nos mundare ab omni peccato: in qua  
fiducia

ba

fiducia persto & maneo: tantum oro vt adauge.  
as mihi fidem & succurras incredulitati meæ A.  
men Amen.

Scimus Hiskiam sanctum Regem cum fletu  
magno ad Dominum pro longiore vita orasse  
& exauditum esse à Domino 2. Reg. 20. & Esai  
iæ 38: ita etiam Dominus Zebaoth commodo  
tempore nos ipsum verè inuocantes exaudiet.  
Augustinus sic orat in suis meditationibus: De-  
sperare utiq; potuissem propter nimia peccata  
mea & infinitas negligentias meas, nisi verbum  
tuum Deus caro fieret & habitaret in nobis:  
Sed desperare iam non audeo, quia cum inimici  
essemus, reconciliati sumus tibi per mortem filij  
tui vnigeniti, quantò magis iam reconciliati salui  
facti sumus per eum. Omnis namq; spes & totius  
fiducie certitudo mihi est in pretioso sanguine e-  
ius, qui effusus est propter nos ad nostram salutē.  
In ipso respiro, & confusus propter peccata mea,  
in eius vulneribus reficior, & in ipso ad te patrem  
peruenire desidero non habens meam iustitiam  
sed eam, quæ est ex filio tuo vnigenito Domino  
nostro Iesu Christo. Et omnes qui se piè præpa-  
rant ad mortem, expendant, voluant, & reuol-  
uant mente et animo diligenter, quoties legunt et  
orant orationem Dominicam, in eadem duos po-  
stremos versus: Et ne nos inducas in tentationē,

G 2

sed

## CAPVT

sed libera nos à malo. Et dicat omnis pius Christianus, Ne nos inducas in tentationem, id est, Optime pater contine quæso nos semper in pio officio, vt indefinenter, impigrè, vigilantes, feruenti animo, attenta aure, tuum verbum audiamus & expendamus, retineamusq; alacriter, tibi feruiamus, te colamus, & inuocemus, neq; socordia, securitate, & fastidio affecti, putemus nihil nobis deesse, nihil esse periculi, ne Sathan hostis immanissimus, & truculentissimus latro irrepens in nos tanquam Leo rugiens nobis insidietur, nosq; insidijs circumueniens opprimat, atq; nobis saluificam & puram verbi diuini doctrinam auferat aut inter nos dissidia, hæreses, & schismata excitet, aut nos in alia vitia, peccata & flagitia abominanda tam spiritualia, quam corporalia ducat ac præcipitet: sed dona nobis per spiritum tuum sapientiam, ac vires, ut animo forti & constanti tam immani & graui hosti resistamus & victoria tandem potiamur in Christo filio tuo Domino nostro. O æterne pater aufer à nobis Sathanæ tentamentum, ne in superbiam, securitatem & nostri admirationem prolabamur, vt alios contemnamus & nos præ illis efferamus, ne etiam in fide deficiamus, & moribundi in ulla desperationem incidamus. Rogamus te pater vt

omni-



omnium illorum, agas curam qui cum grauibus & magnis tentationibus conflictantur, si qui tales adhuc existunt, illos tuo spiritu confirma, eos autem qui succubuerunt erige. Tua nos gratia defendat in hac calamitosa vita, quæ tot periculis, tot acerrimis hostibus est exposita, vt sicut decet Christianos milites vera fide, fortiter dimicemus & æternam vitam consequamur per Christum Dominum nostrum filium tuum Amen.

Deinde in psalmodijs sic D. Lutherus hunc versum reddidit. *Führ ons H E X X in versuchung nicht / wenn ons der böse Geist ansicht / zur lincken vnd zur rechten hand / hilff ons thun starcken widerstand / Im glauben fest vnd wolgerüst / vnd durch des heiligen Geistes trost.* Hactenus Lutherus. Quilibet sic oret cum Ecclesia Christi, vndiq; tentat nos Diabolus, qui odio Dei ardet & est immundus spiritus, qui nos mouet & incitat ad varias blasphemias in Deum effundendas, ad contumelias exercendas, tam in Deum quam proximum, delectatur destructione operu Dei, & nihil aliud agit & cogitat, quam perditionem humani generis, & cuperet nos trahere in æternum exitium, Ideo varijs modis nos adoritur, tum aperta vi aut per Tyrannos, partim fraudulentia, vt potest se in Angelum lucis



transferre, & mille exercet artes, vt nos à veritate & fide Christi abducat, & tetras caligines, dubitationes, imò in desperationem ipsam, atq; in impurissima peccata demergat, deinde in extrema hora infinitis modis nos obruere, varijs tentationibus inquietare, & extremis horroribus, multis paucibus & tetrīs terroribus nos exercere non cessabit: accedit & caro nostra quæ infirma & languida, ad malum prona est, quæ ad peccandum propensa, nos seducit: adest etiam mundus delectabilis, qui & voluptatibus suis nos inuitat & trahit ad peccandum: Sic undiq; hæremus in miseris et paucibus, da igitur æterne pater iuxta copiosam misericordiam tuam, & per Christum filium tuum Dominum nostrum, vt tuo verbo in vera fide & Spiritus sancti robore & per orationem veram semper vincamus tam magnum hostem, superemus istum inquã Draconem, & certam spem in Christum filium tuum inuiolatam obtineamus, ne quid Sathan in nos possit, nihilq; suis tentationibus obtineat, neq; etiam caro nostra lasciuat & mundus nos seducat, tuam ô Abba pater mihi misericordiam immensam in hora mortis non subtrahe, sed da, vt illam reipsa sentiamus, per & propter tuam  
 immen-

immensam benignitatem in Christo reuelatam  
Amen.

Da quoq; benigne Domine Iesu Christe, qui  
es Dominus & frater noster, caro de carne no-  
stra, os de osibus nostris, qui compateris nobis  
cum, qui sentisti nostras infirmitates, qui ipse à  
Diabolo tentatus es, da vt in te, & per te, qui de-  
struxisti opera Diaboli, & triumphum de illo e-  
gisti, vincam, & te oro ardentem per tuam mor-  
tem & tuam resurrectionem, ne quicquam in  
hora mortis meæ possit Diabolus contra me, o  
Iesu tu tunc me defende, tu me in hora mortis su-  
scipe, tu sis & maneat tunc protector meus vt  
tibi viuam & tibi moriar, tuus sim & tuus mane-  
am Amen.

O Spiritus sancte à patre & filio proces-  
dens qui es spiritus veritatis, Consolator & ve-  
rus Paracletus, tuum mihi contra Diabolum  
patrocinium communica, pruritus carnis in me  
deprime, mortifica & doma carnis meæ petu-  
lantiam, concupiscentias mundanas à me planè  
auerte, vt carnem cum omnibus concupiscen-  
tijs contemnam, & queam Sathanæ dolos  
eludere, & per tuam gratiam superare.  
Tu optime Consolator defende me contra  
Diaboli

CAPVT

Diaboli insidias: Me quoq̄ vt nunc ita in ipsa hora mortis, tuis amplissimis consolationibus contra furorem Diaboli sustenta, tuaq̄ veritate iuua, vt lætus cum Simeone in pace Christi ex hac mortalitate pertranseam ad immortalitatem & sic sit mors mihi lucrum, & vita mea Christus sit & maneat in æternum Amen.

Oremus quoq̄ diligenter, libera nos à malo. Te (ait Lutherus) rogamus optime pater, qui nosti imbecillitatem nostram, adsis nobis in omnibus aduersis & in ipsa morte, & adiuua vt per tot mala transeantes, tam salebrosum, tam lubricū et impeditū huius vitæ iter tuti absoluamus: Cumq̄ aderit hora nouissima, quæ nos hinc auocabit, tunc nos regens, consolans, sustentans, da vt animo alacri & lubente ex hoc miserabili exilio in veram vitam migrare gestiamus, ne mortis metu perterriti animum despondeamus: sed solidi in fide, per Christum Saluatorem animam nostram in manus tuas commendemus, libera nos pater à malo, à tua perpetua ira, à pœnis inferorum, libera nos Domine, à iudicio tuo severo, libera nos in morte, libera nos in nouissimo die, libera nos à subitanea & improuisa mala morte Domine, deniq̄ defende nos ab omnibus animæ & corporis periculis. Adscribam quoq̄ ex germanicis

niciis

nicis psalmodijs D. Lutheri verba que sæpissimè  
solebat ante suam mortem recitare, & multoties  
repetere noster Collega in Consistorio amicus  
& patronus summus, nempè magnificus & con-  
sultissimus vir Dominus Ioannes ab Halle I. V.  
Doctor, & Illustris atq; Incltyti Domini, D. Ioan-  
nis Comitis Oldenburgici ac Delmenhorstani,  
Domini leuerensis & Knyphusiani &c. Domini  
nostri clementissimi & pñssimi Herois Cancellaria-  
rius optimus.

Von allem vbel vns erlös/  
Es sind die zeit vnd tage böß/  
Erlös vns vom ewigen Todt/  
Vnd tröst vns in der letzten noth/  
Bescher vns auch ein seligs end/  
Nim vnser Seel in deine hend.

Oremus etiam cum Ecclesia Christi semper:  
Aeterne pater qui sanas contritos corde & allig-  
as contritiones eorum, qui soluis compeditos,  
illuminas cæcos & erigis elisos, & alleuas omnes  
qui corruunt, da mihi miserrimo hominum, qui  
vanitati subiectus sum, qui sum morte ligatus &  
elusus, & dies mei tanquam umbra euanescent,  
quando appropinquat hora mortis meæ, vt spiri-  
tus tuus bonus deducat me in & per viam re-  
ctam

H

ctam



## CAPVT

etiam scilicet per Christum Dominum meum &  
 filium tuum vnigenitum in domum tuam, &  
 cum defecerit spiritus meus, velociter exaudi me,  
 & tunc non abscondas, quaeso, faciem tuam beni-  
 guam & paternam a me, ne similis fiam descen-  
 dentibus in foueam ( inferni ) cum anxietur ( pro-  
 pter mortem imminentem ) in me spiritus meus,  
 & turbatur cor meum valde, quando inimicus  
 ille ( Diabolus ) persequitur animam meam &  
 prostertere conatur eandem ad extremitatem,  
 vt collocet me in tenebris inferni, tunc mi pater  
 per infinitam misericordiam tuam & benignita-  
 tem tuam perpetuam, educ de carcere corporis  
 huius animam meam, & quando abscondit la-  
 queum tentationis Sathanas, vt propterea anxie-  
 tur in me spiritus meus, tunc me eripe de laqueo  
 venatoris; vt sicut passer de laqueo aucupis, ita  
 anima mea euadat, & laqueus conteratur, & ego  
 liberer; Tu enim es nostrum adiutorium, qui fe-  
 cisti caelum & terram, sicut me formasti & pos-  
 sides renes meos, & operuisti me in vtero matris  
 meae, quando factus sum a te in occulto, dum  
 tu informem massam meam vidisti, & sicut tu  
 nosti nostrum sedere & surgere, & semitas nos-  
 tras & accubitus nostros circumdedisti, omnes-  
 que vias nostras inuestigasti, & intelligis cogita-  
 tiones

tiones nostras de longo, & semper nosti figmen-  
 tum tuum, sic nosti exitum vitæ meæ, & quod  
 esse desinam, da igitur, quando me circumdant  
 funes mortis & anxietates inferni inueniunt &  
 adoriuntur me, ne vnquam obdormiam in mor-  
 te perpetua, sed libera animam meam ab omni  
 malo & eripe eam ex inferis, & à morte secunda,  
 fac vt tunc firmum sit cor meum sperare in Do-  
 minum meum, Iesum Christum, & confirmetur  
 tuo verbo, ne timeam: Tunc me optime pater  
 saluum fac, & sis mihi præsens adiutor, vt pater  
 adiuuat filios & miseretur eorum, ita tunc mei  
 miserere: nam quantum distat ortus ab occiden-  
 te, ita longè fecisti à nobis iniquitates nostras,  
 & sicut altius est cœlum super terram, sic præua-  
 lere facis misericordiam tuam, ergò & nunc &  
 tunc propitiabilis esto iniquitatibus nostris &  
 sanabis omnes infirmitates nostras, audiens ge-  
 mitus in morte compeditorum, redimesq; vitam  
 nostram de interitu & solues nos qui sumus filij  
 mortis: Quando dies mei deficiunt, tunc tu mi  
 pater sis mihi in refugium, & Deus meus in pe-  
 tram spei meæ, & nisi tu iuues, tunc actum erit  
 cum anima mea, vt illa cogatur in inferno iacere:  
 Tu dixisti, desiderat me, liberabo eum, protegam

H 2 cum,

CAPIT

eum, quoniam cognouit nomen meum, clama-  
 uit ad me, & ego exaudiam eum, cum ipso sum in  
 tribulatione, eripiam eum & glorificabit me, ideo  
 tu sis in morte spes & munitio mea, & pennis tua-  
 is me tege, quoniam tu solus eruis animam meam  
 de manu inferni: Ergo tunc noli abscondere à  
 me faciem tuam, nec repelle animam meam in mea  
 morte à te, sed ipsi adsis tunc vt bonus & verus  
 opitulator: Repleta tunc erit multis malis ani-  
 ma, & vita mea appropinquabit inferno à quo  
 deuoror, nisi tu hoc impediās & me liberaes. Intret  
 ergo in conspectu tuo oratio mea, inclina aurem  
 tuam ad vociferationem meam, cum tu Domine  
 sis Deus misericors & miserator, tardus ad iram  
 (nemo enim consistere poterit coram te in ira tua)  
 erga omnes benignus, atq; verax iustus & inte-  
 rim clementissimus Deus, respice quæso in me  
 moribundum, & miserere tui Serui morituri, da  
 tunc fortitudinem seruo tuo, quando mors me  
 aggreditur, & me saluum fac, eripe animam me-  
 am ex inferno inferiori iuxta magnam misericor-  
 diam tuam, tu enim es propitius & bonus pater,  
 & multæ sunt misericordiæ tuæ omnibus inuo-  
 cantibus te, auribus percipe deprecationem me-  
 am, & intende voci deprecationis meæ, & in exi-  
 tu huius vitæ meæ latifica animam meam, quam  
 ad



ad te leuo, & ostende ei misericordiam tuam atq̃  
salutare tuum ipsi dabis, qui est Christus filius tu-  
us, quem reuela per tuam gratiam animæ meæ  
exeunti ex corpore meo, & adauge in me fidem,  
vt certa fiducia me tradam ipsi iam iam moritu-  
rus; tu etiam propter ipsum me exaudies & sus-  
cipies, hocq̃ facies per paternam benignitatem  
tuam, vt in ipso (Christo) qui est vita nostra, etsi  
mortuus fuero, tamen viuam; ipse quoq̃ qui est  
veritas dixit: Quicquid petieritis patrem in nomi-  
ne meo, hoc dabit vobis. Da ergo mi pater opti-  
me & benignissime Deus, vt quod modo à te in  
nomine filij tui peto, consequar, & in vera fide in  
Christū posita salutariter moriar, Amen, Amen.

Filij Dei viui, qui es ille verus & spiritualis nos-  
ter Samaritanus, & nos sumus ille, qui incidit in  
latrones, vulnerati, semimortui, & vicini morti &  
in vulneribus nostris computrescentes atq̃ puti-  
di, veni igitur Domine Iesu Christe tu qui custos  
es animæ nostræ, & infunde vinum lætitiæ & o-  
leum gratiæ in vulnera nostra, ne planè perea-  
mus in putredine vulnerum nostrorum, vt sic ad  
infernum descendamus, tu nos per tuas vibices  
fana, ut in liuore tuo nos semimortui hoc est mor-  
ti destinati vitæ restituiamur; pertransi & præte-  
ri qui es vita, nos cum morte luctantes, & nos læ-

tifica qui nostra peccata in corpore tuo pertulisti, atq; duc nos ad coeleste diuersorium: Da vt confundantur & pudefiant Diaboli, qui quaerunt animam meam & ei insidiantur, tu es expectatio mea & spes mea à iuuentute mea: Quando in limo mortis profundo infigor, adeo vt fundum non sentiam, & tempestas Diaboli conatur me demergere, tunc tu, qui es verus perruptor, Deus ad saluandum & Dominus noster, educes & extrahes nos ex mortis profunditate. Et si mi suauissime Christe & dulcissime Iesu hoc oneris nobis imposueris, vt nobis moriendum sit, tamen es & eris in media morte salus & vita nostra, qui confringis capita inimicorum nostrorum (Diabolorum) tu tunc animam meam pones ad vitam, & non dabis in commotionem pedes nostros, In te Deo, Domino & Salvatore meo salus mea, gloria mea, petra fortitudinis meae, & fiducia mea est; adauge mihi fidem, succurre incredulitati meae, quia limum fumigans non extinguēs, & calamum conquassatum non confringes: Eripe ergo me moriturum de pessimis inimicis meis, Deus meus & ab insurgentibus in me (Diabolo, inferno, & morte) libera me: In transitu ex hac vita eripies animam meam de morte, per tuam mortem & resurrectionem:  
eripe

eripe & pedes meos de lapsu, vt per te verum ostium ingrediar in paradifum, et sic ambulare coram Deo in lumine viuientium possim: Timor & tremor mortis mox veniunt super me, & horror inferni operiet me, atq; formido mortis cadet mox in me, tunc tu mi dulcissime Iesu Christe sis susceptor & protector animæ meæ, quam tuo sanguine redemisti, eamq; de manu inferni libera- bis.

Ne igitur o anima mea in exitu tuo sis tristis, nec me perturbes: Sed spera in Christum Domi- num, Saluatorem tuum, qui est Deus gaudiij tui, & exultationis tuæ, atq; salutare nostrum, quia tunc educet te de lacu miserie, et de luto fæcis im- purissimæ: Tu igitur Domine Iesu Christe sus- cipe spiritum meum in exitu animæ meæ, & effi- ce vt in pace tua hinc dimittar, & te protectorem meum cum Simeone ante exitum meum, vel in ipsa morte videam, sentiam & habeam, & te vt verum tunc Saluatorem re ipsa experiar, Tu sua- uissime Iesu dic ad me morientem, sicut dixisti ad latronem, Hodie mecum eris in paradiso, quod mihi certissimè de tua pietate perluadeo: Tibi sit cum patre & Spiritu sancto laus & honor atq; gloria in perpetuum Amen.

Spiritus

CAPVT

Spiritus sancte qui es spiritus omnis consolationis & veritatis festina cum tuis consolationibus in adiutorium meum, quando à morte præoccupor, ne tunc derelinquas me spiritus veritatis, nec tunc optime consolator discesseris à me, ego tibi commendo tunc viam meam & iter perplexum, in te spero, licet mea fides sit languida, at tamen tu optime consolator pro tua benignitate facies, vt per fontem vitæ Christum Iesum Dominum meum transire queam ad cælum & in ipso, qui est verum lumen illuminans omnes homines in mundo videam verum lumen, Tu mihi prope sis morienti, vt eruas à morte animam meam, Tu sis refugium meum in morte, in tribulatione extrema conserua me, vt seruatus laudem te; Tu Spiritus sancte & verax deduc animam meam à corpore diuisam ab inferis ad cælos, ex morte ad vitam; Tu eris illuminatio mea & salus mea excutiens omnem mihi morienti pauorem tuo solamine vt non timeam in morte, sed placidè in Christo Domino meo obdormiam; Tu sis protector meus in agone, vt à nullo trepidare queam, siue à morte siue à Diabolo, & efficies, vt moriens in Salvatore meo Christo letari queam, & in nomine ipsius, vt veri triumphatoris nostri vexillum victoriæ erigam, per quem perumpā  
turmam

curmam hostium nostrorum, & in ipso, vt vero  
 perruptore transgrediar murum inferni: Opti-  
 me consolator, quando vincula mortis circum-  
 dant me & torrentes Belial conturbāt me, quan-  
 do vinculis inferni ligor, & laqueo mortis con-  
 stringor, tunc me sub umbra alarum tuarum pro-  
 tege & custodi me, vt pupillam oculi, ne præua-  
 leant inimici, videlicet Diaboli, infernus & mors:  
 & in magna tribulatione mea tu solus me conso-  
 lare, erige & sustenta tua consolatione, tu inquam  
 in veritate, tuis me tunc promissionibus stabilito,  
 quia tu hoc vis, tu vnus hoc poteris, vt tua est po-  
 testas & gloria in perpetuum, Amen, Amen.

Pij & se salutariter præparantes ad mortem,  
 sæpè cantionem: Media vita: legant & imprimis  
 illud germanicum canticum, quod de ea foeliciter  
 à D. Luthero redditum est, & expendant singu-  
 la ibi dicta. *Mitten wir im Leben sind / mit dem  
 Todt umbfangen / Inter alia meditemur hæc ver-  
 ba, Wo sollen wir denn fliehen hin / da wir mö-  
 gen bleiben / zu dir H E X X Christ alleine / ver-  
 gossen ist dein theures blut / das gnug für die  
 Sünde thut.*

Paulus etiam Eberus pastor VVitebergen-  
 sis pulcherrimam cantilenā se salutariter ad mor-  
 tem præparantibus conscripsit.

I

H E X X



C A P I T U L U M

**H**err Jesu Christ war Mensch vnd Gott /  
 Der du lidst marter angst vnd spot /  
 Für mich am Creutz auch endlich starbst /  
 Vnd mir deins Vaters huld erwarbst.

Ich bitt durchs bitter Leiden dein /  
 Du wolst mir Sünder gnedig sein /  
 Wenn ich nu kom in sterbens noth /  
 Vnd ringen werde mit dem todt.

Wenn mir vergeht all mein gesicht /  
 Wenn meine ohren hören nicht /  
 Vnd meine Zunge nicht mehr spricht /  
 Vnd mir für angst mein hertz zerbricht.

Wenn mein verstand sich nichts versint /  
 Vnd mir all menschlich hülff zerrint /  
 So kom O HERR Christ mir behend /  
 Zu hülff an meinem letzten end.

Vnd führ mich aus dem Jamerthal /  
 Verkürz mir auch des todes qual /  
 Die bösen Geister von mir treib /  
 Mit deinem Geist stets bey mir bleib.

Biß sich die Seel vom Leib abwend /  
 So nim sie HERR in deine hend /  
 Der Leib hab in der Erd sein ruh /  
 Bis sich der Jüngst tag naht herzu.

Ein frölich vrschend mir verley /  
 Am Jüngsten Gericht mein fürsprech sey /

Vnd

QVARTVM.

Vnd meiner Sünd nicht mehr gedencck/  
Aus gnaden mir das Leben schenck.  
Wie du hast zugesaget mir/  
In deinem Wort das traw ich dir/

Et post duos versus.

Ach H E X X vergib all vnser schuld /  
Hilff das wir warten mit gedult.  
Bis vnser stündlein kömpt herbey /  
Auch vnser glaub stets swacker sey /  
Deim Wort zu trawen festiglich /  
Bis wir entschlaffen seliglich. Amen.

Est etiam Nicolai Hermanni, pij Viri, dulcis  
cantilena, quam quoq; adscribemus.

¶ Ein mein stündlein verhanden ist / vnd  
sol hinfahren mein strassen / So gleit du  
mich H E X X Jesu Christ / mit hülf  
mich nicht verlasse / mein Seel an meinem le-  
zten end / befehl ich H E X X in deine hend / du  
wirft mir sie bewahren.

Mein Sünd werden mich krencken sehr /  
mein gewissen wird mich plagen / denn ihr sind  
viel wie Sand am Meer / doch wil ich nicht ver-  
zagen / gedencckn wil ich an dein todt / H E X X  
Jesu deine Wunden rott / die werden mich er-  
halten.

I ij

Ich

CAPIT

Ich bin ein glied von deinem Leib / des tröst  
ich mich von herzen / von dir ich vngescheiden  
bleib / in todes noth vnd schmerzen / wenn ich  
gleich sterb / so sterb ich dir / ein ewiges Leben ha-  
stu mir / mit deinem Todt erworben.

Weil du vom Todt erstanden bist / werd ich  
im Grab nicht bleiben / Mein höchster trost dein  
Auffart ist / den Todt kanstu vertreiben / denn  
wo du bist da kom ich hin / das ich stets bey dir  
lebē wil / drumb fahr ich hin mit freuden / Amē.

Considerent etiam pñ preparatores canti-  
cum D. Lutheri, quo cygneam beati Simeonis  
cansionem uertit, Mit fried vnd freud ich fahr  
dahin / Item illud canticum Michaëlis V Veisij,  
quod in sepulturis canitur. Nun last vns den  
Leib begraben. Ibi in fine istius cantici sic canit-  
tur. Nun lassen wir ihn hie schlaffen / vnd gehen  
all heim vnsere strassen / schicken vns auch mit  
allem fleiß / denn der Todt kömpt vns gleicher  
weiß.

Sed quid hñc dicendum? Ach wir schickē vns  
nicht dazu mit allem fleiß / propter securitatem  
carnis & seductionem Diaboli. Ideo meritò po-  
stremus addatur versus & canatur tam corde  
quam ore à Christianis omnibus se piè præpa-  
rantibus ad mortem.

Das



Das helfff vns G. Hristus vnser Trost / der  
vns durch sein blut hat erlöst / vons Teuffels  
gewalt vnd ewiger pein / ihm sey lob preiß vnd  
ehr allein / Amen.

Lege etiam tertium versum in psalmodia,  
Erhalt vns. Item, G. Ott der Vater won vns  
bey.

Sequuntur orationes Ecclesiae Catholicae.

Da Domine pater gratiam tuam vt ego Chri-  
stianus in Christi nomine baptizatus, & ab illo  
nomen consecutus, in hora mortis meae possim  
de hoc Sacramento gloriari, quod tunc in baptis-  
mate Christum induerim, Ecclesiae insertus sim,  
vt sic Christi sanguine purgatus Christum mihi  
praesentem habeam, qui cum eodem tuo filio &  
Spiritu sancto viuis & regnas Deus in secula se-  
culorum Amen.

Pijssime pater qui pulsantibus misericordiae  
tuae ianuam aperis & poenitentes sub ipso vitae  
huius termino non repellis, respice propitius su-  
per me morientem & per Christum mea confes-  
sione remissionem peccatorem petentem. Remo-  
ue à me morituro quicquid unquam cogitatione,  
actione, & verbis deliqui, et quod diabolica frau-  
de in me est viciatum, & detine me in gremio Ec-  
clesiae tuae, vt tibi tuoq; filio Christo moriar &  
viuam,

CAPVT

uiam, & me hæreditatis tuæ fac ex gratia consortem atq̃ portas gloriæ tuæ aperi animæ meæ, vt feliciter per eas intret, repelle ab ea principes tenebrarum, suscipe Domine creaturam tuã, non à Dijs alienis sed à te solo uiuo & uero Deo creatam (quia non est alius Deus præter te) & per lauacrum regenerationis renatam, lactifica animam famuli tui, & clarifica illam in multitudine misericordiæ tuæ, licet multoties peccauerim, tamen te me seruante, & protegente, te uerum patrem & Deum, tuumq̃ filium Christum Dominum meum non aperte negaui, sed in tuo tuiq̃ filij Christi mei Domini & Spiritus sancti nomine baptizatus sum, & Ecclesiæ tuæ membrum adscriptus & inscriptus, ergo non repelles membrum filij tui, qui cum eodẽ filio tuo Domino nostro Iesu Christo et Spiritu sancto uiuis & regnas Deus in secula seculorum Amen, Amen.

Deus origo pietatis, pater misericordiarum, solamen tristium, indultor criminum, de cuius munere omne, quod bonum dicitur, procedit, respice propitius super me tuum famulum mox agonizantem, & cum unico filium tuum Dominum nostrum Iesum Christum in mundum miseris, vt vitam redderet, sublata morte, mundo, te oro per ipsum vt hic me quoq̃ in morte futura seruet,

seruet, & tunc depellat insidias occurfantium dæ-  
monum, postquam Christus illorum opera des-  
truxerit ad hoc apparens in mundo, libera per o-  
bedientiam, meritumq; per passionem et mortem  
filij tui animam meam à tetra voragine inferni, ex-  
pendens quod eam tibi redemerit filius tuus vni-  
genitus pretioso sanguine suo, libera inquam &  
absolue illam ab æstuantis incendio gehennę col-  
locans in amænitate paradisi, non sentiat anima,  
quod calet in flammis, quod stridet in pœnis, sed  
per misericordiam tuam fac illam lucis æternæ  
fœlicitatibus perfrui.

O Deus pietatis & bonitatis inuictæ & sem-  
piternæ clementię, te suppliciter gemendo et plo-  
rando inuoco, postulo & oro, vt animam tui fa-  
muli, quam mox de huius seculi ærumnosa pere-  
grinatione iubebis vocari, in Abrahæ gremio  
præcipias collocari: Obsecramus te pijsime pa-  
ter, vt quem superni fontis genitalis abluit vn-  
da, edax non audeat attingere flamma, & quem  
vniogeniti tui cruor redemit effusus, non sinat  
tur vermibus vorari perpetuis, sed angelici ag-  
minis deductione protectus, paradisi potiatur  
suauitate securus: Deus cui soli competit me-  
dicinam præstare in morte, præsta quæso, vt  
anima famuli tui, terrenis mox exuenda  
contag

CAPIT

Contagij, in tuæ redemptionis parte numeretur  
per Christum Dominum nostrū, Amen, Amen.

Omnipotens pater sicut anima mea per sanguinem filij tui est redempta, ita effice pro benignitate tua, vt ex hoc corpore exitura inter electos tuos Abraham, Isaac & Iacob collocetur, quatenus ea de principibus tenebrarum, & de locis poenarum liberata, nunquam ullis in posterum primæ natiuitatis aut ignorantia, aut propria iniquitatis seu fragilitatis confundatur erroribus, sed potius per Christi filij tui gratiã & meritum omnib. sanctis annumeretur, & in die magni iudicij tuus resuscitatus famulus gloria manifestatæ contemplationis tuæ perpetuò fruatur & facietur cum omnibus sanctis Amen Amen.

Domine Iesu Christe fili Dei viui per agoniam & per orationem tuam sanctissimam, quam orasti pro nobis in monte oliueti, quando factus est sudor tuus sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram, quando etiam diceres, Tristis est anima mea usq; ad mortem, obsecro te vt multitudinem sudoris tui sanguinei, quem præ timoris tui angustia copiosissimè pro nobis effudisti, offerre & ostendere digneris tuo patri omnipotenti contra multitudinem omnium peccatorum meorū,  
ita

ita etiam libera me in hora mortis meæ ab omnibus mortis angustijs per tuam mortem : Domine Iesu Christe, qui pro nobis mori dignatus es in cruce, obsecro te vt omnes amaritudines passionum & vulnerum tuorum, que pro nobis miseris peccatoribus in diuersis iudicijs ac in cruce sustinuisti, et maximè in illa hora, quando tua sanctissima anima egressa est de corpore tuo sanctissimo, offerre & ostendere digneris Deo patri omnipotenti pro redemptione animæ meæ mox egredientis de corpore meo, salua animam meam in ipsa hora exitus sui in gloriam æternam.

Sæpè legant aut canant pij præparatores, psalmum illum germanicum.

**B**itten wir den heiligen Geist /  
**B**umb den rechten glauben allermeist /  
**D**as er vns behüte / an vnserm ende /  
**W**enn wir heimfahren / aus diesem elende /  
 Kyrieleison.

Item.

**D**u höchster Tröster in aller noth /  
**H**ilff das wir nicht fürchten schand noch tod /  
**D**as in vns die sinne nicht verzagen /  
**W**enn der feind das Leben wird verflagen /  
 Kyrieleison.

Item alium Psalmum.

K

Allein



CAPIT

Allein zu dir HERR JEſu Chriſt / mein  
hoffnung ſteht auff Erden. Inter cætera: derſel-  
bigen (Sünden) mach mich quit vnd loß / durch  
deinen todt vnd ſchmerzen / vnd zeig mich dei-  
nem Vater an / das du haſt genug für mich ge-  
than / ſo werd ich quit der Sünden loß / HERR  
halt mich feſt / was du dich mir verſpoche haſt.

Et poſtea.

Am letzten end / dein hülf mir ſend / thu mir  
behend / des Teuffels liſt ſich von mir wend.  
Canatur etiã psalmus ille, Ich ruffe zu dir HERR  
JEſu Chriſt. Inter alia, Voraus wenn ich mus  
hie dauon / das ich dir mög vertrauen / vnd  
nicht bazwen / auff alles mein thun / ſonſt würd  
mich ewig rewen.

Item: Beſtendig ſein ans end gib mir / du  
haſt allein in henden / vnd wenn duß gibſt / der  
hats vmbſonſt / es magſ niemand erwerben /  
noch ererben / durch wercke deiner gnad / die vns  
errett vom ſterben.

Item: Kömpt nu anfechtung her / ſo wehr /  
das ſie mich nicht vmbſtoſſen. Poterit etiam pi-  
us præparator ſepè canere verſionem psalmi 23.  
à Luthero datam, Was kan vns komen an für  
noth / ſo vns der HERR weidet. Item, psalmum  
germanicū, Ach wir armē Sünders &c. de paſ-  
ſione

sione Christi & eius vtilitate sæpè canere: Opor-  
tet enim nos petere, pulsare, & quærere vt exau-  
diamur, vt nobis aperiatur janua vitæ, & inuenia-  
mus quod quæsiuimus.

Subijciam sacras preces, quas singulis diebus  
inter cæteras bis tam manè quam vespè i recita-  
re solent præeunte Præceptore Magistro Her-  
manno Velstenio viro ornatissimo & doctissi-  
mo, Generosi liberi Illustris Principis & Inclyti  
Herois ac Domini, D. Ioannis Comitis Alden-  
burgici & Delmēhorstani, Domini & Dynastæ  
in Iheuer & Knyphausen, Principis nostri cle-  
mentissimi, vt nobilissimus iunior Dominus D.  
Antonius Guntherus, & generosæ Dominae, D.  
Anna Sophia, D. Maria Elizabetha, D. Catha-  
rina, & D. Magdalena, &c. que in timore Domi-  
ni nostri Iesu Christi, ab ipsis incunabulis educa-  
tæ sunt à pia & illustri matre Domina Elizabe-  
tha nata Comitissa de Schwvartzburg, Comitissa  
in Aldenburg & Delmenhorst, Domina in Ihe-  
uer & Knyphausen, Domina benignissima.

**E**xx Jesu Christ war Gottes Sohn/  
**D**er du sitzest im höchsten thron/  
**Z**u dir ruff ich aus herzen grund/  
**V**erlaß mich nicht zur letzten stund.

R ij

Wenn

C A P I T

Wenn mein stündlein verhanden ist/  
 Mein Seel vom Leibe wil scheiden jetzt/  
 Mein herz zerbricht mein gesicht vergeht/  
 Aus meinem Mund kein Odem feht.

Mein gliedmas fallen gar dahin /  
 Verfallen sind auch all mein sinn/  
 Vernunfft ist weg/der Leib stirbt ab /  
 Vnd mus hinunter in das Grab /

So gleit mich HErr aus dieser welt/  
 Führe mich in dein Himlisch gezelt /  
 Vnd in das ewig Vaterland /

Nimm meinen Geist in deine hand. (zag/

Mein sünd sind gros mein gewissen  
 Ach HErr in mir ich nichts vermag/  
 Allein das bitter Leiden dein/  
 Hilff mir von aller sünd vnd peim.

O HErr ich denck an deinen todt/  
 An dein heilig fünff Wunden rot/  
 Du bist ja mein/vnd ich bin dein/  
 An deinem Leib ein gliedmas flein.

Von dir ich vngescheiden bleib/  
 Ob gleich der Todt würgt meinen Leib/  
 Wenn ich gleich sterb/ so sterb ich dir/  
 Ein ewigs Leben gibstu mir.

Du bist der Wahrheit rechter steg/  
 Die Auferstehung vnd der Weg/

Zur



Zur seligkeit vnd himels frewd /  
 Durch dich vergeht all vnser leid.  
 Wer an dich gleubt vnd helt dein Wort /  
 Der bleibt wol sicher hie vnd dort /  
 Vnd dringt durch diesen Todt zu dir /  
 O H E X X den Glauben mehr in mir.

Im Grab wil ich nicht bleiben zwar /  
 Denn wo du bist da kom-ich dar /  
 Das ich stets bey dir leb vnd bin /  
 Darumb fahr ich mit frewden dahin.

Mein Seel nimb hin in deinen Schoß /  
 Mein Leib im Grab nicht liegen loß /  
 Erweck ihn auff zur herrligkeit /  
 Das ich dich lob in Ewigkeit.

Ade Ade zu guter nacht /  
 Der Engel Gottes mich bewacht /  
 Vnd tregt mein Seel zum gnaden thron /  
 Hilff Jesu Christe Gottes Sohn.  
 Amen.

Alia precatio.

**H**E X X Jesu Christ mein Herr vnd Gott /  
 Dein Leiden groß dein Wunden rot /  
 Dein thewres blut dein bitter tod /  
 Sol sein mein trost in sterbens noth.

X iij

Jch

C A P I T U L U M

Ich glaub das du am Kreuz für mich/  
 Dein Blut vergossen mildiglich/  
 Damit von allen Sünden mein/  
 Gewaschen mich schneeweis vnd rein.

Darauff wil ich HERR IESU Christ/  
 Dir gern folgen/wenns dein wille ist/  
 Dein heiliger Geist erhalte mich/  
 Im rechten glauben bestendiglich.

Bis an das letzte seuffzen mein/  
 Im todt vnd Leben bin ich dein /  
 Mein arme Seel an meinem end /  
 Nimb H E R R in dein trewe hend.

Vnd las sie dir befohlen sein /  
 So schlaff ich wol vnd selig ein/  
 Am jüngsten Gericht wird wiederumb/  
 Mein Leib vnd Seel/zusamen kommen.

Sampt allen Außerswelten dein /  
 In freud vnd ehren bey dir sein/  
 Vnd schawen deine herrligkeit/  
 Von nu an bis in Ewigkeit.

Amen.

Alia precatio.

**D** H E R R / bis du mein zuuersicht/  
 So mein Mund kein Wort nimmer  
 spricht/

Ja

Za so die Ohren nicht mehr hören /

Durch deinem Geist thu du mich lehren.

H E R R biß mein felsß/mein sterck vnd trost/

So mir der Todt an mein hertz stost.

Dardurch sich meine Augen wenden /

H E R R steh mir bey/vnd hilff mirs enden.

H E R R meinen Geist befehl ich dir /

Dein gnedig Angesicht wend zu mir.

Durch dein bitteres Leiden vnd sterben /

Las mich in keiner Sünd verderben.

Die mir der feind so gros thut machen /

O H E R R reiß mich aus seinen rachen.

Vnd leg das tröstliche Wort in mich /

Deiner versönnung bitt ich dich.

Lasß mein gewissen auch empfinden /

Das ich rein sey von meinen sünden.

O trewer Gott /ich bitt von hertzen /

Gib mir gedult in allen schmerzen.

Durch I E s u m Christ /erhör mein bitt /

Lasß deinen Knecht sterben im fried.

Erlöß mich aus der noth vnd qual /

Beleit mein seel ins Himmels Saal.

Durch deinen Engel in dem Reich /

Das ich dich lobe dort ewiglich / Amen.

Alia precatio.

O I E s u

C A P I T

**I**esu Christ war Gottes Sohn/  
 Mein Heyland/ mittler vnd Patron.  
 Ich armer Sünder flieh zu dir /  
 Weil du sprichst/ kompt all her zu mir.  
 Die ihr jetzt steckt in angst vnd noth/  
 Ich rett allein aus sünd vnd Tod.  
 Ich wil ewr trost vnd beystand sein/  
 Bey ewrem Gott dem Vater mein.  
 Wil durch mein Wort vnd Geist euch  
 geben  
 Gerechtigk eit vnd ewigs leben.  
 Ich gleub H E X X durch dein Wort an dich/  
 Ach freud vnd trost in mein hertz sprich.  
 Wenn du mich lest so steh ich bloß/  
 Ich bitt dich durch dein güte gros.  
 Durch dein opffer vnd thewres blut/  
 Welchs all mein sünde tilgen thut.  
 Denck mein in deines Vatern thron/  
 Du bist allein der liebe Sohn.  
 Ins Teuffels Reich ich sitz iekund /  
 Las du mich nicht/ ich gehe sonst zu grund.  
 In dieser noth von mir nicht sek/  
 An dir mich alles gutes ergek.  
 Aus lieb vnd trew mir beystand thu/  
 In dir allein ist rast vnd ruh.

Du

Du bist mein Fels / fest / Schild vnd Hort /  
 Beim Vater red mir heut mein wort.  
 Du bist der einige Priester rein /  
 Leg für mich eine Collecten ein.  
 Wann mein Glaube sincket vnd zagt /  
 Vnd mich mein grosse sünde plagt.  
 Kein Trost wil in mein Herze nicht /  
 Vnd es vor engsten gar erschrickt.  
 All Creatur setz von mir ab /  
 Als dem erquick vnd mein Herz lab.  
 Wenn Leib vnd Seel sich scheiden thut /  
 Bespreng mich Herr mit deinem Blut.  
 Der Bürger hat an mir kein theil /  
 Auff dir allein steht all mein Heil.  
 Ein trawrigs Herz von Kew gekrenckt /  
 Mit deinem tewren Blut besprengt.  
 Solch opffer gefallen Gott allein /  
 Las dir mein Seel befohlen sein.  
 Bescher mir Herr ein selig end /  
 Mein Geist nimb Herr in deine Hand.  
 Die arme Christenheit bewar /  
 Halt sie in fried vnd reiner Lahr.

U M E N.

L

Subijciam

CAPIT

Subijciam vnam vel alteram orationem ex  
meis quotidianis precibus, quarum prima directa  
est ad Spiritum sanctum.

Spiritus sancte, qui vt cum Patre & Filio ve-  
rus Deus es, ita quoq; à Patre & Filio procedis,  
vere paraclete, te inuoco, te adoro & reuerenter  
peto, vt tuo solamine mihi adsis morienti, & me-  
am animam ex omnibus pauoribus mortis cripi-  
as, adsis etiam mihi quando circumdant me vin-  
cula mortis & inferni, quando præoccupant me  
laquei mortis, quando in puluerem mortis de-  
ducor. Ita q; effice mi Paraclete, effice inquam ô  
Spiritus verax, vt etsi ambulem in valle vmbrae  
mortis, nō timeam mala mihi, sed tu mecū sis sem-  
per, & tuam veritatem, ac consolationē in me ob-  
signa, Tu sis & maneat illuminatio mea & salus  
mea in ipsa adeo morte, vt neq; diabolū neq; ipsā  
mortem timeā. Tu tunc optime cōsolator, quan-  
do me mors inuadit, sis protector vitæ meæ, vt  
etiam moriens viuam Domino meo Filio Dei  
Iesu Christo, qui est Vita & Resurrectio, da vt  
mors sit mihi somnus, & à nullo malo trepidare  
queam: Educ me de laqueo mortis in vitam,  
da ô Spiritus veritatis vt per perruptorem Chri-  
stum

atum Dominum meum ex morte in vitam ingre-  
 diar : protege me ab inferni cruciatibus, quando  
 mihi ex hac vita discedendum erit : In manibus  
 tuis tempora mea sunt, saluum me fac quando  
 morior : tu sis refugium mihi in ipsa morte : erue  
 animam meam ex morte & eius horroribus :  
 redime & conserua tibi animam serui tui etiam in  
 media morte : Ego in tegmine alarum tuarum  
 semper spero : apud te est Fons vitæ, & in lumi-  
 ne tuo videbimus lumen Christum. Notum  
 fac mihi Domine finem meum & numerum die-  
 rum meorum quis sit, vt sciam quod esse desi-  
 nam. Ecce vt mensuram palmi posuisti dies  
 meos, & tempora mea sicut nihilum coram te :  
 Quàm nihil nisi vanitas omnis homo, & nos su-  
 mus hîc aduenæ ; Interim hæc est expectatio mea,  
 quia in te spero, tu educes me de lacu miseræ &  
 de luto fecis ( nempe mortis ) & statues me super  
 petram ( videlicet Christum. ) Confundantur &  
 pudefiant in mea morte Diaboli quærentes ani-  
 mam meam, vt eam auferant. Quemadmodum  
 clamat ceruus ad fôtes aquarum, ita anima mea,  
 miserè à Diabolo vexata, ad te Deum viuum.  
 Fac mi Paraclete, ne sit tristis anima mea exitura  
 ex corpore hoc : Fac etiam ne me conturbet, vel  
 turbata sit, in suo exitu ex corpore : tu sis in tali

L 2 pertur-

CAPVT

perturbatione fortitudo mea : emitte lucem tuam  
 & veritatem tuam , vt illæ me orientem dedu-  
 cant & adducant in montem sanctum tuum &  
 in tabernacula tua. O Spiritus sancte, vere con-  
 solator, tu sis, cum Deo patre qui est Deus totius  
 consolationis & Pater misericordiarū, & cum fi-  
 lio Dei Domino nostro Iesu Christo, nostro me-  
 diatore, Domino et fratre nostro, nostra spes, no-  
 stra fortitudo et præses auxiliū in extrema neces-  
 sitate mortis, ideo in ipsa morte non timebo; Do-  
 minus exercituum nobiscum, & susceptor noster  
 Dominus Iacob (id est Ecclesiæ). Tu Domine  
 redimes animam meam de manu inferni, et ipsam  
 suscipies : Tu eris & manebis susceptor animæ  
 meæ in ipsa ad eam morte : Tu mihi in Christo Ie-  
 su iusto non dabis in perpetuum fluctuationem :  
 Eripe animam meam ex morte temporali &  
 æterna, & pedes meos de lapsu, vt ambulem co-  
 ram Deo in lumine viventium. Deo meo silet  
 anima mea, ab ipso enim salus mea est, ipse petra  
 mea, iusticia mea, protector meus, susceptor me-  
 us, non mouebor amplius : in Deo salus mea :  
 in velamēto alarum suarum etiam sub ipsa mor-  
 te sperabo. Adhæret anima mea tibi o Deus,  
 me sustentat dextera tua, à timore diabolorum  
 eripe animam meam in ipsa morte. Exurge tu  
 Deus



Deus in extrema mortis meæ hora, vt tunc dissipentur inimici nostri, Diaboli, redime me & vitam meam de interitu. Ne derelinquas me Domine in media morte, neq; discesseris à me; Festina tunc in adiutorium Domine salutis meæ. Dominus exercituum nobiscum, susceptor noster Deus Iacob, id est Ecclesiæ veræ; Deus in nomine tuo saluum me morientem fac: Alieni (Diaboli) insurgent aduersum me moriturum & fortes isti quærent animam meam, sed tu Deus tunc adiuuabis me & eris susceptor animæ meæ, quando cor meum conturbatur in me, & formido mortis cadit super me, quando timor & tremor veniunt super me, & me operit horror! interim ego ad Deum meum clamo, & Dominus tunc saluabit me, & exaudiet vocem meam, redimetq; in pace (Christi) animam meam ab his, qui appropinquāt mihi morituro, videlicet à diabolis, quos tu Deus præcipitabis in puteum interitus. Tota die conculcant nos inimici (diaboli) & multi eorum belligerantur superbè aduersum me, interim ego in te sperabo, & tu eripies animam meam de morte. Hoc facies optime consolator semper viuens cum Patre & Filio verus Deus laudibus iustis celebrandus in secula seculorum, Amen.

## CAPVT

## SEQVITVR ALIA ORATIO

authoris ad filium Dei quotidiana.

**F**ILI DEI viui saluator mundi Iesu Christe, ego tremens mortem, & ad illam cohorrescens præsertim ad secundam mortem, ad te solum, qui es Vita & Resurrectio curro in fide, licet illa sit languida, & admodum infirma, & credo te mortuum esse propter peccata nostra, et propter iusticiam nostram resurrexisse, & iam vituis in secula seculorum; tu habes clauis inferorum & mortis, et dixisti, nolite timere, effice quæso mi dulcis Iesu per tuam ascensionem, ne vllus mortis horror me vnquã inuadat, ne vllus dolor me ad impatientiã aut desperationem redigat: Ideo mihi in mea extrema necessitate, quando mihi moriendum erit succurre optime Iesu Christe, fili Dei viui, Redemptor & conseruator generis humani, qui & ipse nostri causa sensisti terribiles in horto angores mortis, vsq; adeo, vt toto è corpore tuo guttæ sudoris quasi sanguinæ defluerent in terram. Quod nisi tu opem atq; auxilium in ipsa mortis hora præsentissimum per tuam mortem & resurrectionẽ attuleris, nulla cuiusquam profuerit consolatio, & plane actum erit de salute mea.

mea. Adsis igitur mihi morienti ò mundi Saluator, ò hominum liberator Domine IESV CHRISTE? Adsis mihi morienti fili DEI viui DOMINE & Frater noster; Adsis fidelissime hominum aduocate & Patrone, imò inter Deum & homines vere Mediator, mihi, quando mors imminet, & animulam meam quam precioso sanguine tuo redemisti, in tantis Diaboli terroribus, inferni fremitu, in mortis angustijs serua & tibi eam conserua. O Domine Iesu Christe, te oro per preciosam tuam mortem & salutarem sepulturam atq; gloriosam Resurrectionem tuam, vt mihi in morte desperato & vndiq; in doloribus mortis anxio, medicinam, ne deficiam, conferas coelestem, confirmes tuo merito me in morte iacentem, reficias in morte afflictum, excites per tuum Euangelium me in anxietatibus mortis luctantem, pusillanimum in fide, consolatione Spiritus sancti sustentens, faciasq; vt eiusdem Spiritus sancti arcana inspiratione intus, occultaue vi poenitus in animo meo tunc, quando mihi moriendum erit, haereant quaecunq; in Sacris literis & in tuo Verbo habentur de Remissione peccatorum per tuam sanguinem impetranda, de omni spe

CAPIT

spe salutis nostræ atq; fiducia vnica in te solum  
Christum reponenda, vt certò persuasus te (Chris-  
stum) mihi mox morituro vt mediatorem, ad-  
uocatum, & saluatorem astare, vt te Stephano  
morienti salutariter exhibuisti et dictitare mihi in  
corde meo, quod sim sanguinis tui pretio redem-  
ptus, ab ira Dei liberatus, in filium Dei per te vni-  
genitum Dei patris ex gratia gratis adoptatus, te  
mihi & omnibus in te credentibus esse verum  
propitiatorem, fidelem aduocatum, imò ipsum  
gratiæ thronum, vt in hora mortis meę, tua nitar  
bonitate ( quia tu solus & vnicus es, qui nos iuua-  
re poterit & nemo præter te ) tua nitar clementia,  
tua nitar benignitate, tuis meritis, tui corporis  
victima, & sacrificio in ara crucis peracto, tua ni-  
tar morte, tua resurrectione, tuo ad cælum ascen-  
su ( atq; in his tuis tantis & tam magnis beneficijs  
solidè confidam, ne vnquam in morte præser-  
tim secunda obdormiam, quod mihi & omni hoc  
ex animo petenti concedes fili Dei viui, qui es ca-  
ro de carne nostra, os de ossibus nostris, qui cum  
Patre & Spiritu sancto vnus verus & solus De-  
us es semper celebrandus in secula seculorum,  
Amen, Amen.

Et

Et quoniam Francisco Petrarchæ Viro doctissimo familiaris etiam fuit precatio quaedam eiusdem ferè cum præcedentibus argumenti, eam attexere placuit, plenam fidei ac pietatis.

ORATIO FRANCISCI  
Petrarchæ.

O Salus mea IESV CHRISTE, humani generis Redemptor, si te ad misericordiam inclinare potest humana miseria, adesto mihi misero peccatori, & preces meas clemens exaudi. Fac mundi huius peregrinationem tibi placitam, & gressus meos dirige in Viam salutis æternæ. Dignare mihi in die exitus mei, & in illa supremâ horâ mortis assistere, neq; reminiscaris iniquitatum mearum, sed egredientem ex hoc Corpusculo animulam meam placatus excipias. Non intres in Iudicium cum seruo tuo, Domine: Sed o misericordiarum fons, misericordiâ tuâ magnâ mecum agas, causam meam foueas, deformitates contegas in die nouissimo, nec patiaris hanc animulam, opus manuum tuarum, ad superbum tui & mei hostis imperium peruenire, aut prædam fieri spiritibus immündis, & famelicis canibus esse ludibrio. Deus meus, misericordia mea, refu-  
M gium

CAPIT

gium meum, vnica salus, spes mea, ne auertas  
faciem tuam à me, sed misero mihi pec-  
catori sis propitius.

Amen.



CAPVT QVINTVM.

*Piè semper viuendum esse & conscientiam  
bonam retinendam.*

**O**Mnis qui se præparare studet ad fe-  
licem ex hac miseria exitum, hoc vnum  
imprimis agar, vt retineat veram in  
CHRISTVM fidem & bonam con-  
scientiam, hoc est, ne sciens & volens pec-  
cet: Si verò hoc ex humana fragilitate fieret, vt  
tamen hoc præcaueat, ne malitiosè in eo perstet  
peccato, sed cum Dauide, cum Petro, cum Ma-  
ria Magdalena, cum Manasse, cum latrone alte-  
ro maturius conuertatur: Paulus ait, 1. Tim. 1.  
Exerce bonam militiam retinens fidem & bo-  
nam conscientiam. Et grauitè ait Ioannes in sua  
prima Epistola, qui facit peccatum (hoc est desti-  
nata malitia, volens & sciens se totum eò flectit,  
vt peccet) is est ex Diabolo. Quilibet videat, ne  
peccatum



CAPVT

ait Ezechiel, non cupit mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat, Matth. 24, Qui perseuerauerit vsq; ad finem saluus erit.

Non oportet nos deficere cum leprosis istis nouem, Lucæ 17, sed orare & perstare: Bestendig sein/ ans end gib mir/ Du hastis allein in henden. Bñ wem du es gibts der hats umsonst/ es mag niemand erwerben / noch ererben. Videamus omnes vt simus veste nuptiali induti (Matth. 22.) uidelicet vera cognitione & iusticia Christi filij Dei. Esa. 64. Galat. 3. Ideo sit quislibet cautus vt nudus nūquā reperiatur. 2. Cor. 5. Ambulemus vt filij lucis non in tenebris, non in cubilibus Rom. 12. & 13, sed in aperto die, Psal. 15. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in monte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula, & operatur iusticiam, & loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolum, in lingua sua, nec fecit proximo suo malum. Psal. 111. Initium sapientiæ timor Domini Psal. 119. Lucerna pedibus meis Verbum tuum sit. Quærite (ait Christus Matthæi 6.) Regnum Dei; ergo quærendum est summo studio & uigilandum. Regnum Dei vim patitur, & uolenti rapiunt hoc Matth. 11. vt Dauid, Paulus, Matthæus,



thæus, Zachæus, Petrus, Capernaiticus centurio, præfectus vel cubicularius Reginae Candaces Actorum 8. Cornebus Actor. 10. & alij vero Zelo ardentibus quæsiuerunt regnum Dei: illi qui non sunt securi, qui non perseuerant in apertis peccatis, hoc seriò facient: quid vero de his securis & in peccatis apertè perseuerantibus pronuncietur in his locis 1. Corinth. 6. Galat. 5. legat pius lector. Psal. 34. dicitur, Qui adspiciunt eum, & ad ipsum confluunt, eorum facies non confundentur, &c.

Quid hîc sit confluere, ex confluentia multarum aquarum, quæ fit cum impetu celeri, considerari potest: Ergo Zelus serius requiritur in Christianis. Interim si multoties seducti per Satanam, per mundum, & carnem peccaremus, non tamen desperandum, sed sera pœnitentia peccatum deplorandum, & ad Christum Salvatorem currendum, & precibus assiduis instandum erit, vt nos in posterum à peccatis protegat, & vt in eo etiam proposito manere queamus: peccamus quidem quotidie sed caueamus, ne peccatū studio & ex proposito faciamus, si fecerimus, ne in illo tamen perseueremus.



## CAPVT SEXTVM.

*Beneficentia studendum.*

**V**T beneficiamus omnibus hominibus, præsertim domesticis fidei, quantum in nobis est (Dico autem de ijs qui habent bona huius mūdi) grauitè nobis præcipitur. Diues Epulo & si nulli auferret sua bona, nullum spoliaret, nulli apertam iniuriam faceret, sed de suo viueret, tamen damnatur propterea quod nullam misericordiam erga nudum, vlcerosum, exulem, famelicum Lazarum exerceret Lucæ 16. Legatur hîc Psalmus 41. ab omnibus se ad beatum ex hoc seculo exitum præparantibus diligenter, & ab ijs in effectum producantur. Nihil aliud in ea re videlicet benefaciendo proximis facimus, quàm vt nostram erga Christum se totum pro nobis exponentem, gratitudinem exerceamus. Dicit enim Matth. 25. Quicquid minimo facitis, mihi facitis. Non decet Tyrannidem erga conseruos exercere Matthæi 18. Cogitabunt & Maiores se DOMINVM in cœlis habere.

habere Ephes. 5. & 6. Colofs. 3. Hoc Christus in primis urget apud Ioannem Euangelistam, vt nos mutuò diligamus. Imo Euangelista Ioannes benignus ille Apostolus in sua prima Epistola per omnia capita nihil aliud urget quàm cognitionem Christi, & charitatem proximi. Et parabola de Samaritano etiam hosti beneficiente (Lucae 10.) nos docet hostibus & inimicis benefaciendum. Nos conditi sumus ad bona opera Ephes. 2. ad Titum 2. & 3. Roman. 6. Debitorum sumus vt non secundum carnem viuamus. Sumus sub vno capite Christo in corpore Ecclesiae suae mutua membra Ephes. 4. Ideo alter in alterius utilitatem creatus est, vt alter alteri inseruiat, & alterius onera portet. Videamus totum caput, 1. Corinth. 13. de charitate, quae debet hic habere initium inter Christianos, & sic ipsa inter eos durabit & permanebit in omnem aeternitatem. De Henoch legitur quod cum DEO ambulauerit, hoc est, er führte ein Heilig oder Göttlich leben / & tulit illum DEVS vix delictet è terra, ideo ait Epistola ad Hebraeos, cap. 11. de ENOCH, Fide Enoch fuit transla-

CAPIT

## CAPVT

translatus ne videret mortem, nec fuit inuentus, propterea quod transtulerat illum Deus. Consideretur etiam quid in Genesi Genesis 5. cap. 4. ad Cain dixit Dominus, si non benè agis ad fores peccatum cubat. Viuamus igitur piè & benefaciendo colligamus nobis thesauros in caelis. Videamus 2. Epistolam ad Timotheum cap. 4. quomodo se Apostolus præparauerit ad salutarem mortem. Hoc vnum agamus, vt iuxta Petri doctrinam, 1. Pet. 1. finem fidei nostræ, salutem animarum nostrarum reportemus, de qua etiam salute exquisierunt & scrutati sunt Prophetæ, hoc est, sedulò cogitarunt.



CAPVT



## CAPVT SEPTIMVM.

*Et ignoscendum esse alijs, & vt sibi vicissim  
ignoscatur petendum.*

**R**emittenda esse delicta proximis, ubiq̃  
trahit scriptura. Sicut enim æternus  
pater erga nos est misericors & beni-  
gnus, ita quotidie etiã nobis orantibus  
in oratione Dominica remittit peccata nostra per  
Christum filium suum, sic libenter remitemus  
proximis, & in nos delinquentibus, deinde quo-  
que sunt condonationes delictorum ab istis, quos  
offendimus aut ad iram commouimus, petendę,  
vt dicamus in oratione dominica, tranquilla cõ-  
scientia: Remitte nobis debita nostra, sicut & nos  
remittimus debitoribus nostris. Matthæi 5. Si  
obtuleris munus tuum ad altare & recordatus  
fueris, quod proximus tuus aliquid aduersum te  
habeat, relinque munus tuum, & vade ut prius  
reconcilieris fratri tuo, & tunc veni & offer mu-  
nus tuum. Qui irascitur fratri suo, est reus iudi-  
cij: Qui dicit ad fratrem Racha, est reus consilij:  
N Qui

C A P V T

Qui verò, dicit, fatue est reus gehennæ vel infernalis ignis. Hæc consideremus, vt tantò facilius ad reconciliationem commoueamur. Paulus ad Galatas capite 5. numerat inter alia opera carnis, inimicitias, litem, æmulationem, inuidiam, odium, rixas, iras, concertationes, seditiones, & sic de his mox pronunciat: Qui talia agunt, regnum Dei non possidebunt. Obseruare nos diligenter decet, quid doceat Christus Lucae 6. dum ait: Diligite inimicos vestros, benefacite eis, qui vos oderunt, benefacite deuouentibus vos & orate pro ijs, qui contumelijs afficiunt vos. Item, sicut vultis vt agant homines vobiscum, sic cum ipsis agite, & mox, Estote misericordes, sicut & Pater vester misericors est. Ne iudicetis & non iudicabimini: Non condemnate, & non condemnabimini: Remittite & remittetur vobis: Date & dabitur vobis: Eadem mensura, qua metimini, vicissim talis mensura dabitur vobis, & mox: Quid vides festucam in oculis fratris tui, trabem autem, quæ in proprio tuo oculo est, non consideras? &c. Qui odit fratrem, homicida est, ait Ioannes Apostolus: & rursum, qui non diligit, manet in morte. Interim non est negandum nos miseros affectibus carnis subiectos esse, & sic quoq; iræ sæpè subijci, æstuatq; pectus nostrum

strum sæpè iracundia, similitate, & odijs: Sed consideremus hìc mi frater, quid David dicat Psal. 4. Si, irascimini, nolite peccare, quod repetit Paulus Ephes. 4. & addit, sol non occidat super iram vestram neq; detis locum calumniatori: Omnis amarulentia & tumor, & ira & vociferatio & maledicentia tollatur à vobis cum omni malitia. Moyses fuit placidissimus omnium hominum. David suo summo hosti & inimico diu multumq; suæ vitæ insidianti, & eum truculenter persequenti Regi Sauli benefecit, nec manus suas etiam data occasione in eum iecit ut à 18. capite ad finem vsq; libri primi Samuelis legitur. Idem patientissimè tulit maledictiones Simei, & eas nec ipse vlcisci voluit, nec alijs permisit, vt istas vlciscerentur. 2. Samuelis 16. Eius qui non remisit conseruo ( etsi tam magnum debitum ipsi remiserat Dominus ) sed eum in carcerem conijcit, propter exiguum debitum, quid acciderit legitur Matth. 18. Legatur cap. 12, ad Roman. diligenter. Christus orat pro crucifixoribus suis, sicut Stephanus pro interemptoribus suis, seruos Domini decet esse placidos non maledictores, non obtrectatores, non maledicos qui execrationibus alios damnent, qui

CAPVT

æstuent ira, & sint furore perfusi &c. De-  
bent huiusmodi furiosos impetus Verbo DEI,  
oratione, & per gratiam Spiritus sancti re-  
primere quantum est possibile, pñ  
præparatores.



CAPVT





## CAPVT OCTAVVM.

*Sape accedendum ad Cœnam Domini.*

**Q**VM enim simus reconciliati proximo, & ei ex animo remiserimus omne delictum, quod unquam in nos à quoquam commissum & perpetratum fuerat, etsi habeamus bonum propositum videlicet totam nostram vitam mutemus per veram poenitentiam in melius, & ardentè oremus ad Deum patrem, vt omnia nostra delicta nobis remittat propter Filium suum Dominum nostrum Iesum Christum, tunc tandem merito in vera contritione & humili corde cõfitebimur peccata nostra ministro Ecclesiæ, petentes ab illo absolutio- nem, vt deinceps ad cõfirmationem fidei in Christum solum positæ, ad augmentum spei de placido ex hoc mundo exitu per mortem Christi obtinendo, ad charitatem erga proximum extimulandam & ad exercendam sub cruce patientiam, vtamur sæpè perceptione sacræ Eucharistiæ, inquit enim Christus, quotiescunq; hoc feceritis, in mei memoriam facite; Ideo vt confirmetur fides,

N 3

obsigna

## CAPV̄T

obsignetur in nobis spes, et augeatur charitas, atq̄  
excitemur ad crucem patienter ferendam, sæpè  
& multum ad sacram communionem corporis  
& sanguinis Christi accedamus.

Quamdiù enim anima & corpus in vno ho-  
mine cohærent, & homo est in viuis, reficitur  
cibo & potu( quod denotatur per panem & vi-  
num) atq̄ in hac vita sustentatur, ita nos tam ani-  
mo quàm corpore, & non minus corpore, quàm  
animo, saginamur per communionem corporis  
& sanguinis Christi ad vitam æternā, vereq̄ cer-  
tificamur iam per Christi mortem, nostra corpo-  
ra quoq̄ ad vitam resurrectura, cum sint corpo-  
re Christi pro nobis in mortem dato pasta, &  
sanguine Christi pro nobis in remissionē pecca-  
torum effuso recreata & potata: Ipse dixit &  
Paulus repetijt dicens: Quotiescunq̄ hoc facitis,  
mortem Domini annunciate, donec veniat.  
Ut igitur in tali perceptione omnis beneficij &  
meriti, quod nobis consecutus est, & impetrauit  
Christus sua morte, passione, & suo pro merito  
est cruciatu, participes fiamus. ideo sæpè commu-  
nicandum erit. Sumimus quidem in sacra Cœ-  
na, & videm us etiam panem & vinum, audimus  
quoq̄ verba Christi, & his credimus; ideo cer-  
tò scimus nos homines tam corpore quam animo  
per

per fidem ibidem Christi corpore ad vitam æternam pasci, & eius sanguine potari & refici ad vitam sempiternam. Cùm hodie multi disputent, quomodo hoc fieri possit, nos simpliciter hoc Christi omnipotentiæ committimus: Ibi extat suum clarum Verbum in aperto Testamento scriptum. Huic credimus, & nolumus disputare quomodo id fieri possit: deinde ibi etiam in Sacramento illo Christo incorporamur non minus, atq; ipsum in Baptismate induimus. Spes credit, quod Christus promittit, ut non pudeamus. Ideo dicit pius Christianus, sicut audiui verba Christi, sicut panem & vinum sumsi & vidi, ita sum certificatus me Christi corpore ad vitam æternam pascum, me eius sanguine recreatum esse, & ei incorporatum: sic fides confirmatur, atq; sic nos certificamur, quod iam Christo incorporati simus, & in ipso maneamus. Ita nobis Christo incorporatis quid faciendum sit, deinceps considerandum erit: post sumptionem Sacrosanctæ Eucharistiæ facti sumus quoq; mutua membra sub capite Christo, & nostrum multi vnus panis sumus. Ideo hac ratione in nobis charitas augetur, vt hæc quotidie cogitemus, quomodo Christus se totum pro nobis in mortem ex charitate dedit, vt etiã ita nos inuicem diligamus, scimus

CAPVT

scimus namq̄ omnes, quod sanguine Christi pro  
nob is in magna patientia effuso, quē etiā bibimus  
in sacra Cœna, excitemur ad patientiam sub  
cruce exeruendā, sic Christo inserti per Baptisma  
nostrum, membra Ecclesiæ Christi facti, atq̄ in  
baptismate renati per aquam & Spiritum san-  
ctum, & aqua in nomine Patris & Filij & Spiri-  
tus sancti perfusi & obsignati, deinde per sacram  
communionem Christo incorporati, constanter  
resistimus, Diabolo, morti & mundo, immo-  
ti in fide, stabiles in spe, propensi ad  
charitatem, & patientes  
sub cruce.

CAPVT



## CAPVT NONVM.

*Conciones sacras assidue frequentandas esse.*

**D**iligenter interesse debent publicis precibus & sacris illi, qui se pie præparant ad salutarem mortem, vt sicut in celo dulcis erit & manebit harmonia atq; consensus æternum Deum suis votis & vocibus celebrantium Patriarcharum, Prophetarum, Regum & omnium fidelium in Christum tunc futurum sperantium ex veteri Testamento: atq; deindè omnium Christianorum ex nouo Testamento, utpote Ioannis Baptistæ, Apostolorum, septuaginta discipulorum, Martyrum & confessorum, & aliorum Christi membrorum in Catholica Ecclesia.

Ita quoq; in publico Ecclesiæ conuentu debemus nos membris Christi & veris Christianis adiungere, vt vnanimi populi Christiani voce Deus celebretur, & in omni necessitate inuocetur, atq; verbum Dei audiatur: Vox hominis magis afficit, quam lectio: Ibi coniunguntur Ecclesiæ preces, ibi ab omnibus Amen ad communes collectas acclamatur: Sicut enim non dicimus

O  
mus

CAPIT.

mus Pater meus, qui es in cœlis, da mihi panem  
quotidianum, & remitte mihi debita mea, sed  
pater noster, panem quotidianum da nobis ho-  
die; Remitte nobis debita nostra, sicut & nos re-  
mittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas  
in tentationē, sed libera nos à malo. Ita communi-  
ter debemus alter pro altero orare in sancta col-  
lectione Ecclesiæ Dei quæ est verorum sancto-  
rum communio: Ibi quidem post habitam con-  
cionem fiunt publicæ preces, quibus debemus  
interesse, & cum tota Ecclesia simul publicas pre-  
ces, effundere, & nostras pijs votis reliquorum  
Christianorum adiungere, nam ibi oratur pro  
omnibus statibus christianismi, pro Cæsaribus  
pro Regibus, Principibus, Dominis & magi-  
stratum gerentibus, pro Ecclesia Dei & pro eius  
ministris, pro œconomia, pro patribus ac ma-  
tribus familias, pro singulis hominibus cuius-  
cunq; generis sint, ibi fiunt publicæ preces pro in-  
firmis, pro agonizantibus, pro laborantibus, &  
victum labore manuum suarum quærentibus,  
pro itinerantibus, pro nauigantibus, pro graui-  
dis, parturientibus, infantibus, pro errantibus,  
pro delinquentibus, pro tentatis, pro afflictis:  
ibi petitur à Deo patre vt omnia pericula nobis  
imminentia clementer à nobis auertantur per  
Christum

Christum filium suum, vt Ecclesia & veritas conseruentur, vt omnipotens Deus Tyrannos & hostes Ecclesiae destruat, & iram suam Deus fundat in gentes, quae eum non nouerunt & eius filium Christum Dominum ignorant, oramus ibi vt iram suam effundat in regna quae nomen Dei nostri non inuocant ( Psalmo 76. ) ibi & nos cum Ecclesia pro omnibus aduersis amouendis Deum inuocamus, & Amen nostrum huiusmodi intercessionibus et deprecationibus addimus ex charitate, deinde testamur etiam nostra praesentia, quando coniungimus nostras cum tota Ecclesia preces, & audimus conciones, nos esse membra non solum istius Ecclesiae, sed totius Catholicae, qui non fingamus Enthusiasmos, raptus & singulares motus, sicut Anapaptistae faciunt. Sed nos in ea versari Ecclesia, vbi doctrina Euangelij publicè proponitur, asseritur & per viuam vocem exercetur, vbi Sacramenta ex institutione Christi purè syncerè & verè administrantur, vbi publicè canitur, oratur, legitur, vbi admonitiones, deprecationes, gratiarum actiones & preces seriò fiunt, consolationes ex verbo Dei audiuntur, vnde etiam non solum accedit multum utilitatis, sed simul nos facimus participes communium precum

## CAPVT

colleſtarum, atq; totius communionis. Inſpiciamus hinc Dauidis Exemplum (Pſal. 23.) Habitaſdo (ait) in domo Domini in longitudine dierum. Et Pſal. 27. Vnum petij à Domino, & hoc requirã, vt habitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, vt videã voluptatem Domini, vt viſitem templũ eius: quia melior eſt, (ex Pſ. 84.) vna dies in atrijs Domini ſuper millia. Ideo eligamus abiecti eſſe potius in domo Domini, quam habitare in tabernaculis impiorum. Quid de publicis precibus ſcribat Paulus: ad Tim. 2. legat pius præparans. Notum etiam facimus noſtra præſentia quod publicè cum Eccleſia Dei verum Deum celebremus, atq; ei gratias agamus per Chriſtum, filium eius, pro tot in nos collatis beneficijs. Chriſtus libenter verſabatur in Synagogis ſicut & Paulus: Deniq; hac ratione fit aſpertum, nos libenter verſari in domo Dei, in domo precum & orationum, & ſicut hinc libenter adſumus Eccleſiæ militanti, ita teſtamur, noſtra præſentia, quod cupiamus etiam aliquando adiungi Eccleſiæ triumphanti per Chriſtum in cœlis in perpetuum.

CAPVT





## CAPVT DECIMUM.

*Sacras literas domi libenter & sapè perlegendas  
ac considerandas.*

**S**ICVT enim qui aliquod negotium exequendum & cum laude determinandum suscipiunt, hoc sedulo postea agunt, de hoc meditantur, & varias speculationes ac curas habent, quò ipsis hoc succedat, cogitant diligenter vt pro votis suum propositum, felicem habeat progressum & successum. Idem quoq; faciant, qui se feliciter ad salutarem mortem præparant, legant nunc in veteri Testamēto nunc in nouo, vel historiam aliquam sacram, nunc caput in Moyse, nunc in Prophetis, aut Psalmum Dauidis, aut in Iob caput, siue in Prouerbijs, aut alibi, quotidie aliquid; aut ex nouo Testamento interdum ex Euangelistis vnum aut alterum caput aut ex Actis legatur, imprimis expendatur historia passionis, mortis, Resurrectionis, & ascensionis Domini nostri Iesu Christi. Interdum etiam vnum aut alterum caput in Epistolis Pauli, Petri, Iohannis, Iacobi, aut in Apocalypsi

O 3                      D. Ioan

C A P I T

D. Ioannis percurratur, nec illa tantum historico more legantur, aut obiter sine deuotione percurrantur, sed diligenter, quantum fieri potest, singula verba, omnia dicta, & cuncta facta, atq; acta per circumstantias ponderentur, obseruentur, & quid inde utilitatis, admonitionis & consolationis habere & eruere queamus diligenter consideremus, hæc ruminando meditemur, & circa ea sinamus mentem nostram versari, ne illa quæ legimus temerè memoria excidant, aut obliuioni tradantur: Sicut enim obiecta in mundo mouent sensus nostros, sic quoq; efficiamus, vt anima aut oblectetur aut moueatur huiusmodi lectione: Si quis sit fessus, lassus, aut aliqua ægritudine oppressus, vt ipse legere nequeat, curet sibi aliquid ex sacris literis prælegi per alium, si ei tantum facultatis sit, vt huiusmodi lectorem alere queat.

Interim hîc quæritur, quid hîc miseri Laici, qui legere nesciunt, facient? prudenti consilio, & sapienti artificio Ecclesia ordinauit, vt certa singulis diebus Dominicis Euangelia sint adordinata, quæ singulis annis in singulis Dominicis repetuntur, & explicantur à Pastoribus. Ibi pius Laicus & verba & historias atq; doctrinas diligenter audiat, ediscat & obseruet, atq; finita con-

cione

cione singula apud se ruminet, repetat, & si quid desiderat, suum pastorem consulat, in his se exerceat, & ex concione retineat, quantum ei sit possibile, & sæpè secum expendat, cur hoc Euangelium sit illo & isto tempore propositum, & in quem finem illud tunc in Ecclesia legatur, & quid inde vtilitatis ipse ceperit aut capere possit, hoc, hoc, inquam, memoriæ, animo & pectori infigere non cesset  
Laicus.



CAPVT

CAPVT



CAPVT VNDECIMVM.

*Theſaurum efficacium conſolationum ex  
ſacris literis eſſe colligendum.*



ERTas & efficaces conſolationes atq̃  
viuificas promiſſiones morti, peccato,  
inferno & Diabolo opponendas ſibi  
præparans ex ſacris literis colligat &  
memoriter commendat, eaſq̃ quotidie repetendo  
& ruminando expendat, ut in omni tentatione  
per eas additis ſuis precibus, & inſtinctu atq̃ ope-  
ra Spiritus ſancti (quem propterea inuocabit)  
per veram fidem vincat & ſuperet Diabolum, in-  
fernum, mortem & peccatum, atq̃ adeo carnem  
ipſam, vel per iſta media mundum ſternat: Tales  
conſolationes ſibi familiares faciat, qui ſe ad mor-  
tem præparat. Has inquam colligat ſibi, aut ex  
ſacris Biblijs noui ac veteris Teſtamenti, aut ſal-  
tem ex eo libro, cuius titulus eſt, Fons vitæ, aut ex  
huius noſtri ſcripti capite ſecundo & tertio: Sicut  
enim exercitus in bello qui ſentit hoſtẽ eſſe viciniũ  
& aciem inſtruxiſſe, ſe munit ſuis armis, gladio,  
haſta, aut lancea ſiue machina bellica, ſcutiſq̃ at-  
que aptè viciffim aciem commodè cõtra hoſtem  
ſtruit,

struit, vt præparatus & benè collocatus hosti  
occurrat, & nō succūbat, sed potius victor eua-  
dat, ita quoq; studebimus, vt semper in promptu  
habeamus spiritualia nostra arma, quibus obui-  
am ire animosè queamus nostris summis hosti-  
bus, Diabolo, inferno, morti, carni, & mundo,  
ne ab ipsis in profundum præcipitemur, aut ex  
improviso, sicut multis vsu venit, ab ipsis  
obruamur & succumbamus &  
sic pereamus.



P CAPVT



## CAPVT DVODECIMVM.

*Sub cruce patientia studendum, nec tenta-  
tionibus succumbendum esse.*

**A**VT per morbos, aut per Tyrannos,  
aut per pauperiem, aut per aquam &  
ignem omniaq̄ elementa vel per varias  
aduersitates adoritur Sathan varijs modis pios,  
sicut aggrediebatur Iobum, sicut primos paren-  
tes adhuc immortales, innocentes sine labe iustos  
adoritus est, & seduxit, sicut Christum, in quo ni-  
hil labis hærebat, aggredi ausus fuit, citatis falso  
scripturis, sicut Iudæ immisit in cor vt proderet  
magistrum, & reliquos Apostolos cribare vo-  
luit, ita nunquam nõ nos aggredi tentabit & spe-  
rabit, si non hac, saltem alia via suas tentationes  
habaturas successum: Caro si sit absq̄ cruce &  
afflictione, insolescit, fit secura & Epicuræa, præ-  
bente ei materiam ad hæc vitia mundo: si sub  
cruce aut in tentatione versetur, statim lan-  
guescit, succumbit & impatiens, morosa, anxiosa  
est, desperat, diffidit, exhorrescit, timet, tremat, pal-  
pitat.

pitat, dubitat, & se in omnes gyros atq; nodos hinc inde vertit, nihil ferre potest: Quid igitur faciendum? erit orandum, inquit enim Dominus, 2. Corinth. 12. Mea virtus est efficax in infirmis: Caro est infirma, ideo ad ipsum Christum filium Dei, qui per omnia tentatus est, sicut & nos, excepto peccato, & sensit nostras infirmitates easq; nouit, confugiendum erit, vt is per sua vulnera nos sanet, aut mitiget nostros dolores, nec sinat nos tentari vltra nostrum posse: Deinde sentiamus non esse condignas passiones huius temporis, quæ æquiparari possint ad futuram gloriã, sed eas esse momētaneas, Rom. 8. 2. Corinth. 5. Petrus etiam nobis consolationem proponit, dicens, modicum est tribulatio huius temporis, & Dominus nos modicum afflictos reficiet & stabiliet, 1. Petri 5. Necesse quoq; est, vt quilibet suam crucem ferat, de qua re ipse Christus Matthæi 11. cap: ait, quod onus eius sit leue, & iugum ipsius sit suaue: Ideo rectè in Psal. 68. dicitur, Dominus imponit nobis onus & tamen est Salus nostra. Grauius etiam dicit, Paulus, 2. Cor. 4. Id quod in præsentimomētaneum est, & illud leue tribulationis nostræ supra modum pōdus gloriæ æternum in sublimitate operatur. Psal. 34. Multæ tribulationes sancto-

P 2

rum

C A P V T

rū sunt, sed ex omnibus his eripit illos Dominus. Quis sanctorum in vtroq̄ Testamento non habuit suas afflictiones, certamina, persecutiones, tentationes, pericula, aduersitates & infirmitates, vel varios defectus? Intueamur exempla Christi, Ioannis Baptistæ, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Martyrum, confessorum, omnium fidelium, & aliorum electorum Dei: Deinde in tali afflictione cognoscitur & expenditur peccati efficaciam ex cruce, quod hæc in nobis pœnas operetur. Tertiò propterea vult Deus nos subesse cruce, non solum vt inde nostram miseriam cognoscamus, sed vt tanto ardentius iam in cruce positi oremus ad Christum opitulatorem, qui quoq̄ sub cruce fuit, ( vide hîc Hebræorum cap. 12. ) Quartò sic probamur cruce vt per ignem aurum probatur. Quinto vrgemur hoc modo vt ita tædio huius vitæ afficiamur, & cogitemus de alia vita in Christo Iesu, qui est ipsa vita, consequenda, nam hîc sumus hospites & peregrini, ( Hebræorum, 13. ) non habentes hîc manentem locum, sed futuram quærere debemus. Rectè etiam dicit Christus Matth. 5. Beati qui lugent: semper debet suscipere pius crucem suam & sequi Dominum Lucæ 9. Matth. 16. Vide de cruce 2. Timoth. 3. Actorum 14. 2. Corinth.



2. Corinth. 7. Et 2. Corinth. 4. legitur dum in omnibus premimur, non tamen anxij reddimur, laboramus, at non destituimur, persecutionem patimur, at non in ea deserimur, deijcitur, & non perimus. Item Paulus Roman. 8. Quis intentabit crimina aduersus electos Dei? Deus est qui iustificat (in Christo) quis ille qui cōdemnet, Christus est, qui mortuus est, imo qui & suscitatus est, qui etiam ad dextram Dei sedet & intercedit pro nobis. Quis nos separabit à dilectione Dei, num afflictio? num angustia? num persecutio? num fames? num nuditas? num periculum? num gladius? In his omnibus superamus per eum (Christum) qui dilexit nos. Nam mihi persuasum habeo & confido, quod neq̄ mors, neq̄ vita, neq̄ Angeli, neq̄ principatus, neq̄ potestates, neq̄ instantia, neq̄ futura, neq̄ altitudo, neq̄ profunditas, neq̄ vlla Creatura alia poterit nos separare à dilectione Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro. Ideo vt in carne per omnia tentatus est Christus, ita potest & vult in suis membris, quæ tentantur, auxiliari & ipsis succurrere Hebr. 2. et 4. (alia exēplaria hoc habēt in initio quinti capituli) quia talem habemus pontificem, qui condolet infirmitatibus nostris, & est tentatus per omnia, iuxta similitudinem absq̄

P 3 peccato

## CAPVT

peccato. Interim inquit aliquis, Diabolus cui mulabit peccata nostra in extremis, quæ in singula præcepta Domini commisimus, quomodo igitur moriturus & morbis afflictus, his tam magnis & arduis tentationibus potest occurrere. Etsi illa omnia possent peti ex præcedenti tertio capite, tamen hîc aliquid dicendum erit.

1. Si nobis ingerat, nos multis modis deliquisse contra primum præceptum, respondeatur, verum esse; sed Christum filium Dei libenter fecisse voluntatem patris sui, Psal. 40. & per illam voluntatem & obedientiam Christi plenam nos sanctificati sumus Hebræorum 10. ideo dicitur Christus impletio legis Roman. 10. imo ipse dicit Matthæi 5. quod non venerit soluere legem sed adimplere; imò Ioannis 8. dicit se patrem honorare, & se placita & quæ grata sunt patri facere, atq; se sermonem patris seruare, Phil. 2. factus est obediens patri vsq; ad mortem, mortem autem crucis: & Ioan. 3. & 6. & 10. ait: Qui credit in filium habet vitam æternam. Hæc sunt opponenda tentationi, quasi contra primum præceptum deliquerimus: Ipse habitus est tanquam blasphemus & diabolicus, quem Pater  
pati

pati voluit, vt pro nostris peccatis in primum & secundum præceptum commissis satisfaceret.

2. Si ingerat, quoties peccauerimus contra secundum præceptum, peccasti, ait Sathan, responde, verum est, interim ad Christum confugio, in cuius ore non fuit dolus, Esaiaë 53. 1. Petri 2. atq; propter petulantiam nostræ linguæ acetum sua lingua gustauit, atq; patris laudes in Ecclesia magna (Psal. 22. Hebræorum 2.) ex animo celebrat, & ei agit gratias Matth. 11. & Ioan. 11. & 17. atque eum honorat (Ioannis 8.) cum reuerentia & deuotione: Cum ei malediceretur non reuersit maledicta, 1. Petri 2.

3. Si asserat, nos multoties peccasse contra tertium præceptum, regere, verum esse, interim Christum impleuisse legem, sedisse in templo inter Doctores Lucaë 2. deinde Lucaë 4. legitur, quod pro suo more ingressus Synagogam est, in die Sabbathi, & docuit. Aliàs etiam sæpè in Synagogis, in diebus Sabbathi versatus est, & tunc multis sæpè benefecit in Sabbatho, & hac ratione pro delictis à nobis contra tertium Præceptum commissis satisfecit: atq; iuxta scripturas de illo prædictas, vt illæ complerentur Christus ea omnia executus est, videlicet in miraculis editis, & in Passione sua.

4. Si

CAPIT

4. Si obiiciat te plurimum deliquisse contra quartum præceptum, id quidem à te factum confitere: sed mox adde, nobis adesse Christum filium Dei, & Salvatorem mundi, qui patri suo obediens fuit vsq̃ ad mortem, mortem autem crucis Philip. 2. qui quoq̃ se patris sui voluntati subiecit in horto: atq̃ matri & putativo patri Ioseph obediens fuit, & subditus, Lucæ 2. imo in medijs tormentis affixus cruci commendauit discipulo suo matrem suam: Magistratui etiam obedientiam præstitit, dum solueret didragma Matth. 17. imo quando serui formam susciperet, Esaiaë 53. & Philip 2. & se humiliaret, voluit pro nostris, quæ in quartum præceptum commisimus delictis satisfacere. Item, is venit vt alijs inferuiret non vt ei ministraretur, Matth. 20. Sic satisfecit pro delictis nostris in quartum præceptum commissis.

5. Si ingerat te multoties, corde, ira, inuidia, odio, similitate, rixis, execrationibus, varijsq̃ modis egisse contra quintum præceptum, fatere hoc verum esse, interim responde, scio filium Dei Christum mediatorem nostrum adesse, qui summo latrone seditiosoq̃ Barraba vilior habitus est: Esaiaë 53. dicitur vir dolorum, & quod sit  
cum

cum sceleratis reputatus: propter scelus populi mei percussus eum, interim iniquitatem non fecit, neq; dolus est inuentus in ore eius, 1. Petri 2. Ideo ita pro delictis a nobis contra quintum præceptum commissis satisfacere voluit, dum inter ipsos latrones medius suspenditur, & tamen alteri latronum Paradysum promittit, dum etiam pro crucifixoribus orauit, & hostibus benefecit.

6. Si opponat tibi Sathan te sapius ore, opere, & cogitatione deliquisse contra sextum præceptum, responde, verum quidem esse, interim Christum esse natum ex castissima virgine sanctum & purum: deinde est ille ipse die octauo circumciscus, vt pro nostris in sextum præceptum commissis peccatis satisfaceret: Ipse quoq; adulteram, Ioannis 4. suscipit & alteram adulteram (Ioannis 8) absoluit. Sicut Nathan Dauidem poenitentem post commissum adulterium, quando agnosceret peccatum & poenitentiam ageret absoluit: deinde ait Psal. 16. Dominus consuluit mihi & per noctem erudierunt me renes mei, id est, affectus intimi & abditi appetitus in me (Christo) sunt conformes consilio Dei.

7. Mox aderit Sathanas & exaggerabit, quantum deliqueris contra septimum Præceptum, ibi

Q

tu con-

tu confitere te multis quidem modis contra hos deliquisse, sed adesse, filium Dei Christum verum hominem & mediatorē nostrū, qui propterea manus suas passus est in cruce extendi & clavis cruci affigi, vt ita pro nostris rapinis & furtis per manus nostras commissis satisfaceret, & ipse manibus suis opem tulit omnibus ab eo auxilium petentibus, sicut in Euangelistis dicitur, Et Act. 10. legitur, quod omnibus benefecerit. Et in Psal. 69. sub persona Christi dicitur: Ego solui quod non rapui. Et Esaiæ 53. dicitur: Iniquitatem non fecit. Ergo ita quicquid à me commissum est contra 7. Præceptum, Christus sufficienter persoluit.

8. Mox prorumpet tentator & te accusabit quod contra 8. Præceptum plurimum deliqueris, meritò confiteberis te omnium maximè contra hoc deliquisse, sed tibi præsentem adesse Christum mediatorem tuum fratrem & verum hominem, qui est ipsa veritas, Ioann. 14. nec est aut vnquam fuit in eius ore dolus inuentus, Esaiæ 53. 1. Pet. 2. Imo propterea sustinuit lingua eius amarum gustum in felle & aceto, vt pro nostris lingua commissis peccatis, obtreccionibus & mendacijs satisfaceret. Omnes quidem nos mendaces sumus, Psal. 116. Sed propterea mendacijs & falsis testimonijs voluit Christus accusari, & ad ea, quæ de illo fingebantur, non respondit, sed tacuit in iudicio, vt

cio, vt nostra magna mendacia expiaret, & per Spiritum veritatis in omnem nos duceret veritatem.

9. Mox surget Sathan, dicens, te contra 9. præceptum Decalogi multum deliquisse, responde te id negare non posse, sed asserere liberè tibi Christum adesse, qui pro tuis concupiscentijs, dum lancea perfoderetur suum cor, vt inde aqua & sanguis effunderetur, satisfecit. Deinde non habuit aliquid proprii, vbi caput reclinaret, Matth. 8. & cum nasceretur non habuit locum in diuersorio vel in domo, sed in stabulo, & ita pauperiem sustinuit, vt nos in coelo ditesceret, & perpetuum locum ac domum nobis præpararet.

10. Aderit rursus Sathanas & vrgebit te contra decimum præceptum varia concupiscendo commisisse. Responde, & Paulum illum ter maximum Apostolum conquestum esse his verbis, nesciebam concupiscentiam esse peccatum, nisi lex diceret: Non concupisces. Deinde non habitat in carne mea bonum; Interim scio hic Christum pro me certare, qui neq; asinum, neq; bouem habuit, sed asini cōductiis vsus est, nec fuit quicquam mali in ipso. Solus sanctus natus est Christus, Solus satisfecit pro peccatis nostris. In illo solo nunquam malus fuit affectus, nihil vnquam, quod erat alterius, concupiuit, multo mis-

*CAP. DUODECIMVM.*

to minus possedit, nemo etiam eum alicuius peccati arguere potuit, Ioann. 8. Propter nostras malas cogitationes & affectus impressa est eius capiti corona spinea, pedes eius perforabantur, vt pro peccatis commissis in singulis locis ad quos nos gestarunt pedes nostri satisfaceret: ille pro concupiscentijs oculorum nostrorum palus est obuelari oculos suos, & circa caput & oculos colaphis & sputis malè tractari voluit &c. Nō est sanitas in carne mea, propterea per totam carnem voluit flagellis lacerari Christus, vt pro peccatis in toto nostro corpore aut per totum nostrum corpus commissis solueret.

*CONCLUSIO.*

Quando ergo in duodecim capitibus breuiter complexus sim, quæ nobis piè nos ad mortem præparantibus censui pro mea simplicitate necessaria, oro pios omnes vt de his amplius & latius extendendis cogitent, & suas cogitationes & meditationes singulis addant capitibus;

Dominus Iesus det vt illi viuamus & moriamur, Amen.





Elegia  
DE VANITATE  
HVIVS VITÆ.



Vid prodest partis nimium considerare rebus?  
Quid iuuat ingentes voluere spes animo?  
Nam fugiunt horæ, fugit irreparabilis ætas,  
Quæ mala mixta bonis, quæ bona mixta malis.  
Quanta ærumnosus (heu) dira incommoda homullis  
Innumero numero præproperanter eunt?  
Corripit hunc morbus, premit illum turpis egestas,  
Inijcit huic sauas mors truculenta manus.  
Viuendo morimur: miserè sic degitur aui  
Quodcumq; est: curam cura superuehitur.  
Obreuitas vitæ! ò lux tempusq; diurnum  
Contractum! ò tristis vis inimica necis.  
Hæ sunt delicia, rapida hæc sunt gaudia vitæ  
Quæ mundi immundi terror & error habet.  
Ergo tibi si cura tui est hoc, mente teneto:  
Viue memor lethi, viue memorq; tui,  
Spernitores fragiles, rebus ne crede caducis,  
Fluxilibus, vanis, ambiguis, miseris.  
Atq; oculos sursum mentemq; ad sidera tolle,  
Nullus vbi planctus, nullus vbi dolor est.  
Ver vbi perpetuum cælestes educat herbas:  
Hic arx: hic murus: præsidium stabile est.  
Tu pie Christe iuua, nosq; in viridantia tempe  
Transfer, vbi vitæ gaudia vera nouæ.  
Sic te perpetuum meliori sede repositi  
Laudemus: solum te pia lingua canat.

Q 5

PATI

PATIENTIA CHRISTIANA,  
ARGUMENTVM.

*Silentium & spes arma sunt patientia: his iniurias vlciscitur victrixq; abii.*

**Q**ua ratione meos vlciscar, quæritis, hostes?  
Expediam; vlcisci sic quoq; disce tuos.  
Incessunt, taceo; culpant, fero: crimina spargunt,  
Dissimulo; mordent, absq; dolore meo:  
Obtrectant, sileo; ringuntur, rideo: vulgo  
Traducunt, patior; dant mihi damna, sino:  
Aspiciunt toruis oculis, ego comiter illos  
Accipio; turbant cuncta, quiete fruor:  
Latrant, non moueor; frendent, non curo; minantur,  
Nil metuo; torquent labra, laboro nihil:  
Exagitant, non exagitor; vexant, neq; vexor:  
Lædunt, non lædor; probra refutat honor:  
Insidias ponunt, euado; petunt caput, oro,  
Pessima molitis optima quæq; precor.



PATIA

Errata sic corrige :

PRO

LEGE:

In præfat.) ( 2. lin 19. nobilissim,	nobilissime.
In præfat. ) ( 4 lin. 13. ex	&
In præfat. 4. pag. versa. l. 11 mundi ad,	mundi, ad
Pag. 2 a. lin. 17. Dauid cap 9.	Daniel cap 9.
Ibid lin. 19. bona opera	bona opera prædicare,
Pag. 4 lin. 9. philanthropum	philanthropum,
Pag 17 b. lin. 7. pio	pro
Pag. 27. lin. 15. Filij	Fili
Pag 33 b. lin. 7. mich	mie
Ibid. lin. 19. beine	deine
Pag 34. lin. 16. que	quo
Pag 37. b. lin. vlt. veritatis	veritatis
Pag. 40. b. l. 5. exhibuisti & dictitare	exhibuisti, & dictitare
Pag. 43. b. l. 7. & si	etsi
Pag. 44 b. lin. 3. genesi genesis 5. cap. 4.	genesis cap. 4.
Pag. 45 lin. 3. ignoscatur per, endum.	ignoscatur, petendū.
Pag. 53 b. lin. 9. expendiditur	expenditur
Pag. 54. lin 4. non in	non in

NOTA:

*Littera b. significat alteram faciem pagelle.*





VITEBERGÆ  
Ex Officina Cratoniana.  
Anno cIo Ic. Xvc.,



87A 6775

ULB Halle

3


002 266 679



56.







DE  
SALVTARI PRÆPARA-  
RATIONE  
AD MORTEM;

AUCTORE  
HERMANNO HAMELMANNO,  
S. THEOLOGIAE LICENTIATO, ET  
modò Superintendente Ecclesiarum in antiquis-  
simo atq; amplissimo Comitatu  
Aldenburgensi.

HENRICO RANZOVIO,  
PROVCI CIMERICO SEPTVAGENARIO  
Coætaneo suo, cum anno Dn. 1526. Vterque sit natus, summa  
observantia ergo dedicatam ac reuerenter  
in scriptum.



15  
Ætat.

95.  
70.

VV I TEBERGAE,